



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Liber Secundus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621



DE
ORATIONE
 DIVINA
 SIVE
A DEO INFUSA
LIBER SECUNDUS:

De Via purgativa supernaturali.

PROLOGUS.

REFLEXIVAM esse divinæ Orationis gradum, (quorum primus *Via purgativa* vocatur) superius *lib. 1. cap. 5.* annotavimus. Hujus viæ, quæ janua est ad illuminativam & unitivam, felicissimum divinæ Orationis portum, easunt potissima exercitia & conatus, ut incipientes peculiari Spiritus sancti illustratione & extraordinaria motione à vitiis purgentur, ac ejus divina ope ad eorum impugnationem, animæque affectionum seu passionum omnium reformationem, ac cordis sensuumque custodiam, ac demum omnium culparum fugam, quantum DEVS unicuique dederit, contendant.

Et licet unicuique viæ, ut in *superiori lib. cap. 5.* differuimus, proprium competat exercitium; purgativæ scilicet, puritatis, illuminativæ, lucis, unitivæ, amoris; in singulis tamen viis singula aliarum exercitia & actus nullatenus debent prætermitti. Certum enim est, in purgativa non solum peccatorum expurgationem inventi, sed etiam veritatum divinarum contemplationem, & DEI amorem, ut *inferius* plenius constabit. In illuminativa præterea non solum lumen, ac veritatum subtiliorem cognitionem, sed & purgationem, & divinum amorem; ac in unitiva multò cumulatius inveniri. Quare quando unicuique horum statui speciale destinamus exercitium, non id fieri existimes, ut cetera excludantur, sed ut compertum sit, illud esse illius viæ præcipuum scopum, ac magis principale exercitium. Quocirca in singulis viis & statibus non solum proprium illius exercitium, sed etiam alia aliorum statuum exercitia (quæ ad tria reducuntur purgationis, lucis, & amoris) deinceps à nobis sequentibus Libris erunt tradenda. His enim exercitiis ab initio interioris animæ renovationis DEVS mirabili modo eam usque ad immensam puritatem, lucem, & amorem (si possibile esset in hac vita) conatur deducere.

Quamobrem Spiritus sanctus, supernus divinorum charismatum Artifex, mediis his exercitiis, quasi quibusdam ascensoriis gradibus, non sine mirabili animarum profectu eas expurgatione incredibili, divino lucis splendore, ac ardentissimo amore ad seipsum divinitus trahit. Quare quanto major fuerit purgatio, tanto lux splendidior erit, atque ardentior amor. Vnde cum Spiritus sanctus altiora fundamenta in animarum expurgatione jecerit, eo ad nobiliorem lucem ac ferventior em amorem eam magis disponit, redditque habiliorem. Ita enim hæc tria exercitia inter se connexa sunt, ut impossibile sit puritatem viæ augeri, quin & lux crescat, & charitas mirabiliter augeatur. Crescit igitur cum purgatione lux,

E

ad lucis incrementum amoris & rursus augmento lucis & amoris, succedit novus puritatis gradus. Unde contingit mirabilis circulus inter horum trium statuum exercitia divina.

Quinque hoc Libro pertractanda sunt.

De via igitur purgativa supernaturali, quae exercetur secundum partem hominis interioriorem, quae ad incipientes in via spirituali proprie spectat, primo loco erit differendum. Circa quam quinque potissimum divina gratia erunt a nobis explicanda. Primum, De variis vocationum generibus, & praecipue de gratia sive amore sensibili, quo incipientes mirabili vocatione trahuntur a DEO, ut facilius, relictis omnibus creaturis, illum sequantur. Secundum, De oblectationibus tam interiorum quam exteriorum sensuum, quibus tyrones tamquam spirituali lacte & melle a DEO trahuntur. Tertium, De luce sive contemplatione supernaturali, quae etiam in vita spirituali tyronibus vel impetentibus a DEO clementissimo concedi solet. Quartum, De purgatione, hoc est, desolatione sive afflictione a sensibili gratia absentia causata, ac variis tentationibus, quibus incipientes a demone frequentius impugnantur, ac de earum remediis. Ac demum Quinto loco Documenta aliqua trademus, quibus hanc viam ingressi, pericula, quae in ea solent contingere, evadere, ac securius per eam incedere, & ad altiora progredi valeant.

CAPVT I.

Variis vocationum modi, quibus etiam peccatores ad spirituale vitam divinitus vocari solent.

SOLET autem clementissimus DEUS multis variisque modis initio conversionis peccatorum animas ad sui amorem allicere, ac vi & efficacia mirabili trahere. De hac multiplici vocationum gratia egregie D. Gregorius Homil. 36. in Evangel. scribit, inquit: Ecce DEVS vocat per se, vocat per Angelos, vocat per Pastores, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per adversa. Haec Gregorius.

Multiplices vocationum divinarum modi.

Qui ad duos reduci solent.

Vocatio per amorem declarat.

Omnes isti vocandi modi ad duos plerumque reduci solent; nempe, ad vocationem per timorem, sive iste timor ex adversitatibus temporalibus, sive ex poenarum aeternarum consideratione a DEO hominibus inculcatur; & ad vocationem per amorem, hoc est per divinatorum beneficiorum memoriam & veram recognitionem. De hac posteriori vocatione eleganter B. Laurentius Justinianus lib. 2. de Spiritual. anim. resurrect. Gratia igitur, inquit, lucens est radius a throno DEI procedens, illuminans cor, & divinae voluntatis pandens arcana; DEVS vero ipse est sol aeternus, invisibili luce corporalia & spiritualia universa perlustrans. Idem plane gratuita sua bonitate matutinam lucem in quorumdam iustificandorum cordibus oriri facit, quantum ex cognitione munerum intelligant, quantum a DEO charitate diligantur. Singularis profectio est ista vocatio, quae in beneficiorum caelestium agitatur speculo, per quam rationalis spiritus a suo torpore surgere, ac DEVM suum toto affectu diligere cogitur, tot facibus spiritualibus irradiatur accensus, tot amoris casti stimulis agitur, quot sunt dona, quae a Domino sibi noscitur esse impensa. Magna profectio insinua huius veritatis est vis, & praeterea istius lucis est virtus, quae repentino suo splendore mentis dissolvit torporem, interiores propulsat tenebras, gratiam simul confert & vitam. Quocumque considerationis suae divertit acie, quicquid illa effectus est dignus, reperit quo nutriatur, & a quo trahatur erectus. Nutriunt equidem meditantis exhibitae a DEO beneficia eo suavis, eoque dul-

cius, quod frequentius animo revoluntur & in memoria armario reconduntur. Manu quoque quadam spirituali faciem erigunt, & gratiam suam sicut alia ad DEVM trahunt, a quo eadem percipere coguntur. Nequaquam (ut arbitror) in peccati morte sua iacere valet ex animis, cuiusmodi ex infuso lumine donatum est beneficiorum numerofitatem tractare sciam, & corde gustare.

Inter has igitur varias vocationum species, alia est vocatio communis, quae DEUS ordinario modo communia & specialia a se peccatis omnibus confert, tam in intellectu illustracionibus, quam affectuum divinis excitacionibus & persuasionibus ordinando, modo horribiliam inferni poenarum incusso timore, modo peccati infirmitate, aut divinis beneficiis ante oculos positus ad vitam gratiae peccatores vocat. Alia est specialis DEI vocatio, quae modo magis supernaturali, hoc est efficacioribus auxiliis, majori mentium illustratione, ac plenioris luminis infusione aliquando non tam vocare seu invitare, quam compellere inire solet.

De hac vocatione B. Laurentius Justinianus lib. de Obedien. cap. 16. loquitur. Agat, inquit, gratias DEO quia gratis vocatur, non utique ab hominibus, non ab Angelis, sed a DEO; nec qualicumque vocatione, sed sancta, spirituali, sed caelesti, de qua apostolus ait: Qui vocavit nos in sortem Sanctorum in lumine. Vocantur plane multi ad fidem, dicente Domino, quod multi sunt vocati. Illorum tamen sic vocatorum pauci sunt, qui huiusmodi, de qua agitur vocatione, digni sunt. Communis est illa, ista vero specialissima. Haec ille. Nam cum DEUS sit agens infinitae virtutis, cuius divinae subordinationi hominum corda & voluntates subduntur, ut operentur, non indiget dispositionibus illis, quae agentia naturalia praeterequirunt: potens est enim DEUS sub modo honestare pauperem, ac eum divitiis supernaturalibus in instanti locupletare.

Hoc efficaci & extraordinario vocationis impulsu apostolum PAULUM ad se traxit, ac ex lupulo in agnum convertit: tactus enim, cum adhuc esset inimicus & hostis, superiori illo & caelesti lumine, statim ad DEVM totus conversus clamare compellitur: Domine, quid me vis facere? Si cuiusmodi etiam vocatio contigit B. Mariae Magdalena, ex qua a Christo amoris iaculo confixa, ad eius pe-

Alia vocationis divinae, in communem & specialem.

Variis specialibus & extraordinariis vocationibus, quae vocantur huiusmodi.

Thomae

Oper. Spirit. I. II. III. IV. V.

des lacrymarum veluti rivulos ab oculis fundens, vidit statim corruere. Idem ferè de ceteris Apostolis à Christo vocatis in Evangelio legitur: hi enim audita Christi Domini voce, ita interiori fide illustrati, & ad ejus amorem allekti, ut continuo reliquis rebus eum fuerint secuti.

Et quoniam admirabilem hujusmodi vocationis efficaciam comprehendere nequibant perfidi illi hæretici Porphyrius & Julianus, credere non poterant, Apostolos ita promptè ad primam Christi Domini vocationem accurrisse. Similes quoque fuerunt multorum Martyrum vocationes, qui, vis à eorum qui cruciabantur in suis tormentis constantiâ, vel ad sanctas illorum in mediis carnificum cruciatibus admonitiones, subito compuncti seipos tortoribus pro vera Christi fide exarnificandos præbuerunt. Idem quoque legitur de multis Confessoribus & Anachoretis, qui ex lectione, vel facti Evangelii auditione desuper illustrati, sine ulla tergiversatione in vastam eremum, relicta omnibus, secesserunt, ut ibi liberiùs rerum divinarum contemplationi vacarent.

Varii autem sunt ejusmodi vocationum modi nonnumquam enim DEUS extraordinariis quibusdam signis utitur, vel supernis apparitione, ut contigit in S. Pauli conversione, vel certè corporali aut imaginaria sui manifestatione: quandoque exteriori & interiori locutione animas ad se allicit. Frequentior autem vocandi modus est, per repentinam intellectus illustrationem, & voluntatis inflammationem, aliquando immediatè per seipsum sine alio rei exterioris concussu; aliquando per aliqua sacre Scripture verba, vel aliquam libri spiritualis lectionem, qualis fuit conversio Eunuchi Candacis Reginae, Act. 8. ex lectione Prophetiæ Isaiæ, & illorum duorum Nobilium magni illius Africani Equitis Pontiani amicorum, ex lectione Vitæ sancti Antonii Abbatis, qui, (ut refert S. Augustinus lib. 2. Confess. cap. 6.) mirabilem & instantaneam experti sunt hominis interioris mutationem: quotum subitanea vocatio tantum apud ipsum potuit, ut de illa quemdam amicum nomine Alipium alloquens cap. 8. totus in seipso turbatus, in hæc verba prorumperet: *Quid patimur? quid est hoc? quid audis? Surgunt indocti, & calum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamus in carne & sanguine. Dixit hoc, & turbidus parturitione novæ vitæ intravit in quemdam hortum ibi forè vicinum, ubi sub quadam fici arborè prostratus, dimisit habenas lacrymas, ac post multam cordis afflictionem ad vocem cujusdam crebrò repentinè. Tolle lege, Tolle lege (scilicet cap. 12. narrat) arripuit codicem Apostoli, aperuit, & legit in silentio Capitulum in quod per unum conscriptus est, quod perlegeto, quasi luce securi arboris cordis illius, omnis dubitationis tenebræ diffugerunt, ita ut rebus terrenis omnino abdicatis, se totum DEI servitio traderet.*

Solet quandoque etiam DEUS nonnullos per Concinatorum verba emolire, sicut legitur de quibusdam, qui auditu DEI verbo tantum dolorem de peccatis suis conceperant, ut antequam concio finiretur, præclusis præ nimio dolore spiritibus deficerent, animam exhalarent.

Dicitur autem ejusmodi vocatio supernaturalis, non quòd aliæ, quibus peccatores à DEO ad penitentiam excitantur, non sunt etiam supernaturalis, sed quia fit modo quodam magis su-

pernaturali & divino, tum ob repentinam & quasi improvissam cordis nostri ad DEUM conversionem, tum quia clariùs illustratur intellectus, & multò efficacius inflammatur voluntas. Solet tamen DEUS semper ad animas nostras per intellectus januam introire, magnam illi desuper lucem communicando, cujus radius illustratus, vel divinorum beneficiorum multitudinem & magnitudinem agnoscat, ac in gratiarum actionem se totum DEO illorum largitori rependat; vel certè sui ipsius cognitioni, ac suorum defectuum considerationi attentius vacet, & divinæ justitiæ rigorem perhorrescat; vel denique ut gustet & videat quàm suavis sit Dominus, & qualiter jugum Christi suave sit, & onus ejus leve.

Hi sunt vocationum modi, quibus divina Majestas animas nostras ad se convertit, & de vastibus iræ & interitus, vasa misericordiæ & salutis, quando & quibus vult, juxta suum beneplacitum efficit. Ex quibus taliter vocatis, aliqua quidem recepti beneficii faciliè immemores, à DEO ad pristinas mundi vanitates, tamquam ius ad voluptatum, turpiter revertuntur: aliæ verò divinæ vocationi, quantum in ipsis est, correspondentes, in accepta primitus gratia feliciter perseverant. Quia autem ejusmodi animæ, ita specialiter à DEO vocatæ, navigant per procellosum mare hujus mundi innumeris periculis ac latrunculis undequaque circumseptum, quantum multæ naufragium faciunt, paucissime verò ad optatum salutis portum perveniunt; conabimur illas inter tot pericula ab omni naufragio immunes, præviâ facie Scripturæ lucernâ, ac communi sanctorum Patrum doctrinâ, præservare, & illas inter omnes difficultatum scopulos feliciter ab ipsi viâ purgativæ initus usque ad viâ unitivæ portum dirigere.

CAPVT II.

Via purgativa supernaturalis frequentius à gratia sensibilis (quæ mirabilis compunctionis est causa efficiens) inisum sumit.

QUAMVIS non ratò divina bonitas timore homines ad se trahere soleat, juxta illud Prophetiæ, *Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit*: in via tamen purgativa supernaturali frequentius Electorum animas sensibilis quædam gratia allicere consuevit. Hujus autem sensibilis gratiæ nomine, etiam lucem quamdam, amorem, ac voluptatem quasi sensibilem comprehendimus; quia tam lux, quàm amor sive delectatio, à parte inferiori, quæ sensibilis est, percipitur & gustatur. Sensibilis præterea gratiæ nomen extendimus ad omnem amorem seu delectationem, quæ externis vel internis sensibus sentitur, sive sit devotio, sive voluptas, seu internæ aliæ dulcedines, quæ recipiuntur, & quibus homo fruitur in inferioribus animæ viribus; ad omnes denique perceptiones objectorum sensuum externorum, quando supernaturaliter & supra nostras vires fiunt: ut quando exteriori auditu musica, aut fragrantia odoratu percipitur, vel si contingat Christum Dominum, vel quempiam Sanctorum oculis corporeis videri.

Hac igitur sensibilis gratiæ, divina voluntas plenius ac perfectius seipsam creaturæ rationali communi-

peritus.
talis, &
quam ob
causam

Quod
per sensi-
bilem
gratiam
intelli-
gatur,

municare desiderans, eam quam ad majorem sanctitatis gradum destinavit, uberius excitat, & suo tangit lumine, ut hac ratione ad centrum suum, nempe ad intimam cum DEO unionem introducat. Et quia in nobis, ut superius annotavimus, sunt tres portiones, sive homines, sensitivus, rationalis, & spiritualis; DEUS, qui cuncta suaviter disponit, regulariter incipit a sensu, disponendo hominem secundum sensitivas & inferiores vires, ut paulatim fiat capax ineffabilis hujus & altissimæ unitis.

Primum enim divina gratia adinstat rivuli in inferiorem hominis partem sensitivam influit, excitans & stimulans hominem, ut toto corde totisque viribus se ad divinam cum DEO erigat unionem, ideoque inchoat ab inferiori homine & sensitiva portione: quia prius oportet has vires sive potentias preparari, & charitatis igne purgari, quam homo ad superiorum vitium exercitium possit pervenire. Quare sicut sol orientis Occidentalem plagam mox illuminat, & cuncta calore suo vivificat & fecundat: ita Sol justitiæ in suprema animi parte (ipsius scilicet essentia) per gratiam inhabitans, inferiorem & quasi Occidentalem regionem, nempe sensitivam partem, sua luce illuminat & accendit, & mira spiritualium deliciarum voluptatum irrigat ac fecundat.

Gratiæ hujus effectus.

Hujus divinæ gratiæ sensibilis, præcipue illius divinæ illustrationis, qua regio ista Occidentalis supernaturaliter illustratur ac mirabiliter inflammatur, effectus, est intima ac ardens peccatorum compunctio. Spiritus enim sanctus, medio Intellectus ac Sapientiæ dono animæ infuso, antea cæ vitæ turpitudinem ac propriorum peccatorum gravitatem tam efficaciter animæ repræsentat, ut subito ad veram peccatorum detestationem & odium excitetur. Hæc salutaris peccatorum compunctio debet esse quotidianum viæ purgativæ studium, & assidua exercitatio. Hæc verò (ut inquit D. Gregorius Homil. 22. in Ezechiel.) compunctio alia est qua per timorem nascitur, alia qua per amorem. Hæc autem utraq; supernaturali modo in hac via exerceri solet; aliquando enim ex antea vitæ peccatorum memoria, anima recens conversa mirabiliter compungitur; aliquando autem ex sola divinorum beneficiorum reminiscencia, aut solo DEI amore, perfecta compunctiois gratia ei a DEO infunditur.

Supernaturalis compunctiois effectus.

Tres autem hujus supernaturalis compunctiois effectus planè diversi à Cassiano Collat. 9. cap. 27. enumerantur. Quemadmodum verò (inquit) vel quibus modis ista ipsa compunctio de intimis anima conclavibus proferantur, non minoris difficultatis est indagare. Frequenter enim per ineffabile gaudium & alacritatem spiritus, saluberrime compunctiois fructus emergit, ita ut etiam in clanos quosdam intolerabilis gaudii immensitate prorumpat, & cellam vicini jucunditas cordis & exultationis penetret magnitudo. Numquam verò tanto silentio mens intra secretum profunda taciturnitatis absconditur, ut omnem penitus sonum vocis stupor subita illuminationis includat, omnesque sensu attonitus spiritus vel contineat intrinsecus, vel emittat, ac desideria sua gemitibus menarrabilibus effundat ad DEVM. Interdum verò tanta compunctiois abundantia ac dolore suppletur, ut aliàs eam digerere, nisi lacrymarum evaporatione non possit. Hæc Cassianus,

Hi verò effectus compunctiois non solum in incipientibus, sed etiam in proficientibus inveniuntur. Qui autem præcipue ad viam purgati-

vam reducuntur, sunt pia lacrymarum pro offensis in DEVM commissis effusio. Sunt autem lacrymæ, compunctiois comites: ac quemadmodum compunctio, de qua loquimur, supernaturali modo à Spiritu sancto, medio Sapientiæ dono dimanat; ita & lacrymarum effusio est gratia donumque peccati ejusdem Spiritus sancti. Quam quidem gratiam S. Augustinus lib. Medit. cap. 36. obnoxie à DEO postulabat, dicens: Rogo te per illas benignissimas tuas lacrymas, & per amnes miserationes tuas, quibus mirabiliter nobis perditum subvenire dignatus es, da mihi gratiam lacrymarum, quam multum desiderat & appetit anima mea: quia sine dono tuo non possum habere eam, sed per Spiritum sanctum, qui dura peccatorum corda molliat, & ad flatum compungit.

Et intra eandem petens gratiam, inquit: Da mihi irriguum superius, et irriguum inferius, ut fiat mihi lacryma mea panes die ac nocte, effusaque in conspectu tuo per ignem compunctiois holocaustum pingue et medullatum, mater totus in ara cordis mei, et tamquam pingue holocaustum assumat tibi in odorem suavitatis. Da mihi fontem irriguum et perspicuum, in quo lavetur absidue illud inquinatum holocaustum. Tribue mihi gratiam lacrymarum, præcipue ex multa dulcedine amoris tui. Hæc Augustinus.

Nec incongrue per irriguum (superius), lacrymarum compunctioem à DEO cælesti datam; perque irriguum inferius, lacrymarum donum nostra quidem industria & labore, non tamen sine speciali DEI gratia concessum intelligi potest. Hanc lacrymatum & salutarem compunctiois duplicem gratiam optime distinxit S. Joannes Climacus Grad. 7. per hæc verba: sicut modum a guttas (scilicet lacrymarum) instat sanguis cum labore effundit, videt & fontem absque labore proficere. Sicut creatura motum ex se gignit, namquam vero aliunde suscipit: ita de compunctioe quoque sentendum est. Quoties anima mihi etiam curantibus, vel studioso operantibus nobis, in lacrymas vi compunctiois secreta excitata, in solo fletu requieverit, curamus suscitare: DEI enim non vocatus adventus, spemque divini amoris & refrigerii, piarum lacrymarum aquas nobis clemens porrigit, quibus delectant scelerata chirographi nostri. Serva eam ut papillam oculi tui, donec sponte abeat. Longè enim major hujus compunctiois vis, quam ejus quam studio nostro & labore acquisivimus. Hæc Climacus.

Hæc sunt lacrymæ, de quibus hæc agimus, quas tyrosibus spiritualibus à DEO liberaliter infundi solent. Hæc fuerunt B. Petri lacrymæ, Luca 22. post trinum Christi negationem, quando egressus foras flevit amarè. Tales fuerunt penitentis Magdalenæ lacrymæ, cui dimissa sunt peccata multa, (Luc. 7.) quoniam dilexit multum. De qua optime Petrus Chrylogus: Venit satis altura DEO, non homini placitura cum dicitur. Venit pietati illa, non voluptati exhibitura convivium. Denique & penitentia ponit mensam, sercula compunctiois apponit, pacem doloris inserit, porum lacrymæ temperat in mensura, & ad delicias detrat rotas, rotam pulsat cordis sui & corporis sui symphoniam, organi plantæ dat clamorem, citharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam; & dum pectus ipsam conscientiam arguens sæpe percutit, facit placitura DEO cymbala personare; dumque taliter apporat divinus oculis cibos, rotas misericordie sopias sic reparat. Hæc Chrylogus.

Animæ verò viam DEI spirituale ingrediendi, ac lacrymas pro propriis peccatis effundere ani-

Oper. Spiritu
T. I. II
O. I. II

Hæc (quæ) odium suscipit

hærenti, non statim conscendere ad sublimiora exercitia datur, neque ad osculum manus, aut oris, nisi prius Christi pedibus cum eadem peccatrice Magdalena lacrymans adhærerit, aspirare licet. Non temere (inquit Bernardus serm. 3. in Cant.) assergat ad os serenissimi sponsi, sed ad pedes severissimi Domini mens pavida jaceat, & cum Publicano terram tremens non calum afficiat, ne confusa in luminariis cæli facies affluata tenebris, opprimatur à gloria, atque insolitus reverberata splendoribus Majestatis, denique rursus cecitate caliginis obvolvatur. Non tibi, o quacumque talis es anima, non tibi ille locus vilis aut despicibilis videatur, ubi sancta Peccatrix peccata deposuit, induit sanctitatem. Miraris quam arte id potuerit, vel quibus obtinuerit meritum paucis accipe. Flevit amarè, & de intemis visceribus longa suspiria trahens, salutaribus intra se succussa singultibus, selles humores evomuit. Cælestis medicus celerissime subvenit, quia velociter currit sermo ejus. Hujus ergo B. Penitentis exemplo prosternere & tu, o misera, ut desinas esse misera: prosternere & tu in terram, amplectere pedes, placare oculos, vige lacrymis, quibus samen non illum lavas, sed te, & has una de grege constarum, que ascendunt de lavacro, ita sanè, ut suffusum pulvere ac mærore vultum non ante susfolle-re audeas, quam audias & ipsa: Dimittuntur peccata tua: quam audias: Consurge, consurge captiva filia Sion, consurge, excutere de pulvere. Hæc Bernardus.

Quam
sic ne-
cessaria
propria
vilitatis
cogni-
tio.

Ex hac demum salutari & lacrymofa compun-
dione, que ex infuso veritatis lumine habitanti-
bus in regione umbræ mortis descendit, vera
sui ipsius cognitio, peccati displicentia & horror
emergunt: nam quos DEUS ea qua diximus vo-
catione ad se trahit, non solum replet dolore,
compunctione, & gemitu, facitque ubertim la-
crymas fundere, sed etiam propria vilitatis cog-
nitionem parit. Cognitio enim sui ipsius, est prima
regio, in qua anima, que ad tertium cælum, hoc
est divinam unionem, ascendere cupit, commo-
rari debet, ut eruditè Richardus lib. 3. de Contem-
platione cap. 6. sequentibus verbis scripsit: Nihil re-
dè estimat, qui seipsum ignorat. Nescit quàm sub pe-
dibus suis omnis mandana gloria jaceat, qui conditio-
nis sue dignitatem non pensat. Nescit omnino, nescit
quid de spiritu Angelico, quid de spiritu divino sentire
debeat, qui spiritum suum prius non cogitat. Si non-
dum idoneus es intrare ad te ipsam, quomodo ad illa
rimanda idoneus eris, qua sunt intra vel supra temet-
ipsum? Si necdum dignus es intrare in tabernaculum
primum, qua fronte presumas intrare in tabernacu-
lum secundum, hoc est, in Sancta Sanctorum? Si non-
dum moliri potes gressus altos, ut cum Domino IESU,
vel saltem cum Moyse ascendas in montem excelsum,
qua presumptione paras volare in cælum? Prius redi
ad te, quam rimari presumas qua sunt supra te. Et
iterum infra: Si ergo cupis evolare usque ad secun-
dum, seu etiam usque ad tertium cælum, sit tibi tran-
situs per primum. Spiritus siquidem omnia scrutatur,
etiam profunda DEI. Si ergo & tu scrutari paras pro-
funda DEI, scrutare prius profunda spiritus tui. Hæc
Richardus.

Hanc se-
quitur
odium
sui ipsius.
Apostolus cum ait: Qui Christi sunt, carnem suam
crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ex hoc
præterea sui ipsius odio, oritur fervens deside-
rium satisfaciendi pro antea vitæ peccatis, om-
nium carnalium commoditatum abrenuntia-

tio, ac tandem efficacissima voluntas Christum
in omnibus suis laboribus & angustiis imitandi.

Hunc ferè viam purgativam ingredientibus
modum sanctus Laurentius Justinianus in Fasci-
culo amoris cap. 16. observandum in hæc verba
præscripsit: Quamobrem, inter precipua dona huma-
na salutis necessaria, primum tenere locum insirmita-
tis propria scientiam definire non vercor. Huic tam
quam spirituales pedesque, cordis compunctio, pecca-
torum confessio, effusio lacrymarum, delictorum e-
mendatio, precum importunitas, mentis innocentia,
aliena vitæ commendatio, extrinseca humilitatio, &
cordis humilitas famulantur. Qui in lumine veritatis
sui ipsius percepit notitiam, alieni cordis secreta cu-
rvisè non quarit, neminem judicat, nullum condem-
nat, nulli injuriam irrogat, non irascitur, non contra-
dit, non detrahit, non mentitur, honores non appe-
tit, nescit insulari, non extollitur in naturalibus, neque
in donis specialibus elevatur: Propriam quippe non ex-
cedens mensuram, potioribus semper dari meretur.
At qui suus nescit, ex quotidianis excessibus congre-
gata dispergit, amittit munera gratis accepta, atque
frequenter in eos, quos humilis declinat,ruit laqueos.
In tenebris ambulans, latentes in corde foreas quo-
modo intueri valet? Hanc suimet notitiam Prophetæ
se habere declaravit, dicens: (Th. 3.) Ego vir vi-
dens paupertatem meam.

Hæc rursus Cap. 14. tyrones milites ad spiritua-
lem pugnam proposito præmio provocat, dicens
Quare si diligenti impeditis affectibus exerceatur stu-
dio, & forti perseverantia excolatur, virilem induit
animum, magnanimitatis gemma decoratur, & de
muliere efficitur vir, atque de anima animus divini
utique aptus obsequis, ac multorum salutari mediocri-
ter profuturus. Non enim ad virtutum conscendit ar-
cem mens adhuc puerilis & debilis, nisi pugnam arri-
piat contra se, & consuetudines evertat noxias, atque
spiritui aliter dimicandi acquirat usum. Hoc autem
sufficenter perficit, si cælestis gratia vore præventæ,
consideratione pervigili, Sanctorum sibi proponat e-
xempla, virtutum immarcescibilem fructum, necessita-
tem indictam pugnam, tentationum supergloriosum
triumphum, & præ omnibus laboriosissimum & invi-
ctissimum Mediatoris agonem. Isthmodi consider-
ationibus optime quisquis animatur ad prælium, sed sa-
pra modum consummat à victoriæ letatur & exultat
in Domino. Non valet inanis & infecundus esse labor,
cui Christi miles & amator sapientia pro Domini ho-
nore succumbit. Hunc etenim pro stipendio emerita
militia imitantur mentis exultatio, spirituale lumen,
tranquillitas imperturbabile bonum, charitatis ha-
bitus, virtutum læta possessio, futura felicitatis suav-
gustus, & immarcescibilis gloria impredehensibilis spes. Pro
his omnibus medullari fruens gaudio, ita præsentis læ-
titiæ pascitur, ac si nunquam in tentationum cert-
amine defudisset. Spirituales etenim merces divine
dulcedinis, mox ut cordis penetrata tangit, pristini
mæroris propellit aculeos. Nam & mulier cum parit,
tristitiam habet, quia venit hora ejus; cum autem
pepererit, non meminit pressuræ propter gau-
dium, quia natus est homo in mundum.

Hæc S. Laurentius.

CAPVT

CAPVT III.

De amore incipientium sensibili & vulnerante.

ARDENTISSIMO quidem & divino amore viam hanc supernaturalem ingredientibus non raro afficiuntur, quo amoris incendio ad sentendas divitias & delicias amoris DEI erga ipsos incomprehensibiles repentino motu excitantur. Ex hoc autem amore mira compunctio, intima contritio, ac praeceptorum peccatorum dolor generatur, ut in B. Maria Magdalena, qua à Christo amoris jaculis confixa, statim ad eius pedes lacrymarum rivulos ab oculis fundens, ineffabili affectu dolore corruit. Ex compunctione mox quidam affectus amoris sive devotionis sensibilis promanat, quo animo miro modo excitatur & inardescit ad divinam bonitatem ac liberalitatem redamandam, ac ad benedicendum & gratias agendum ei, immensa sibi collata beneficia propiciens: ita ut iam sibi dulce & suave appareat, quod antea amarum & laboriosum videbatur: sentit enim intra se gratiam quamdam sensibilem, sive sapidum quemdam erga DEUM & res divinas amorem, qui à dono Sapientiae, quod praecipuum est inter alia Spiritus sancti Dona, dimanat, per quem facile rebus omnibus creatis valefacit.

Ideo verò amor iste sensibilis gratiae nomine comprehenditur: quia quamvis à Sapientiae dono promanet, proficit tamen ab eo secundum infertorem eius gradum. Sunt enim in hoc dono, quemadmodum superius disseruimus, tres perfectionis gradus; infimus ille verò est, quando sapida illa cognitio & dilectio, quae huius Doni est proprius actus, in inferioribus animae viribus gustatur, & à vitae spiritualis tyronibus experimentaliter percipitur. Gradus iste amoris, quo anima suae vocationis initio feliciter à DEO vulneratur, merito à venerabili viro Richardo de S. Victore, *Tract. de Gradib. violen. charit. Amor vulnerans* appellatur, juxta illud Cantic. 2. *Vulnerata charitate ego sum. Quia amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat, affectumque transverberat. Inteream ut desiderii sui aestus cohibere vel dissimulare omnino non valeat, desiderio ardet, fervet affectu, aestuat, anhelat profundè ingemiscens, & longa suspiria trahens. Hec tibi anima vulnerata certa sint signa, gemitus atque suspiria, vultus pallens atque tabescens. Hic tamen gradus interpolationem recipit, & incumbentium negotiorum curis & sollicitudinibus cedit. Febricitantiū itaq; more, qui hoc typo vexantur, nunc acriter uruntur, nunc occupationum suarum occasione aliquantulum recreantur, sed iterum post modicam interpolationem aestivans ardor ferventior redit, animusque jam fractum acriter incendit, & vehementius urit. Saepe itaque recedens, semper seipso major rediens paulatim animum emollit, viresque effringit atque exhaurit, donec plene animum sibi subigat atque subternat, jugique sui memoria totum occupet, totum implicet, totum obliget, ita ut hoc ei excidere, aut aliud cogitare non possit, & jam de primo gradu ad secundum transit.*

Et infra eodem Cap. loquens de eodem amore vulnerante, illum incipientibus etiam à DEO donari docet his verbis: *Hic est cibus ille caelestis, qui ingredientibus de AEGYPTO solet rescicere, & per solitudinem pascere. Hoc est illud manna absconditum, quod*

nemo novit, nisi qui accipit. Haecenus Richardus.

Primus hic amoris violenti gradus à D. Bonaventura in *Tract. de Septem gradib. Contemplat.* vocatur ignis, *Primo, inquit, anima igitur, ignita ungitur, uncta & spiratur, &c. Et infra: Ignis hic est divini caloris vel amoris vehementis fervor, qui contemplativi viri animam, cum se ad orandum DEUM effuderit in conspectu DEI, subito eam valde per lucida splendore irradiat, quamplurimum ignis, & ardentes motus affectionesque accendit, malosque concremat & exsuffillat, torporem inflammat, & torporem expurgare facit, atque ipsam totam animam, veluti vespertinum quoddam & pinguisimum holocaustum, divino conspectui representat. Haec ille.*

Solet etiam aliquando DEUS amorem ligantem incipientibus elargiri, ut non solum vulnerati, sed & amoris vinculis ligati, tribulationum & tentationum impetibus concussi resiliat, aut ad Aegypti ollas, consolationes humanas inquires, redire non valeant.

CAPVT IV.

De voluptate sive oblectatione sensibili, qua incipientes ineffabili à DEO suavitatis trahuntur.

EST autem haec gratia & oblectatio sensibilis, qua inferioris animae regnum, vires inquam omnes sensuivae, delicatium & voluptaria quasi rivulo irrigantur, donum DEI supernaturale (quod à Sapientiae, Spiritus sancti dono, promanat) adjuvans hominem & inducens ad majorem suavisius mortificationem, & ad retrahendum illum à labentium creaturarum amore, ut sic hoc dulcedinis melle ablaetatus, rebus transitoris relicto, DEO mente & spiritu penitus inhaeret.

Ex hac verò oblectatione & sensibili gratia, ut experti omnes clamant, spirituales deliciae & voluptates incredibiles profluunt, quibus gultus repens spiritus noster tanto delectationis & internae dulcedinis torrente potatur, ut se exillimet divini amoris amplexibus penitus involvatur. Richardus de S. Victore, *de Gradib. violen. charit. praeclearè, ut solet, istam ineffabilem dulcedinem, quam anima solet in hoc primo amoris gradu experiri, optimè declarat. In primo itaque, ait gradus, Spiritus ille super mel dulcis intrat ad animam, & dulcedine sua inebriat eam, in tantum, ut habeat mel & lac sub lingua sua, & sicut saporis distillans labia sua. Memoriam abundantiae suavitatis cruciabantur qui ejusmodi sunt, eò quod ex abundantia cordis in loquatur. Haec est prima consolatio, quae abrenuntiantes saeculo primo excipit, & in bono proposito consistere consuevit. Hic est ille dulcor spiritualis & interna suavitatis, quae quasi modò genitos infantes semper solat lactare & alere, & ad maturitatis robur paulatim perducere. In hoc itaque statu anima à Domino in solitudinem ducitur, ibique lactatur, ut interna dulcedine inebrietur.*

Audi quid de hoc statu dicitur, ubi Dominus per Prophetam loquitur. (Osee 2.) *Propter hoc, inquit, ecce ego lactabo eam, & edam eam in solitudine, & loquar ad cor ejus. Sed prius oportet AEGYPTUM deserere, prius oportet Mare rubrum transire, prius necesse est AEGYPTIOS in aquis perire, prius necesse est AEGYPTI cibos desicere, quam possimus hoc spirituale alimentum cibumque caelestem percipere. AEGYPTUM*

Amoris vulnerans descriptio.

Desiderio
perio la
per odo
dicitur
mii.

non solum corpore sed & corde deserat, mundique amorem penitus deponat, qui caelestes illos solitudinis cibos desiderat. Transiat Rubrum mare, omnem maiorem & amaritudinem studeat de corde expellere, qui satiari desiderat interna dulcedine. Prius subiungitur Aegyptii, per antiquos mores perversi, ne degenerem conviviam dedignentur cives Angelici. Prius necesse est Aegyptiacos cibos desicere, & carnales voluptates in abominationem vertere, quam experiri liceat, quas sint illa interna & aeterna delicta.

Et int̄ a: Absque dubio, amor DEI quantum plenius omnem alium affectum vincit, tanto sepius, tanto uberius animus interna jucunditate reficit. Sub hoc itaque statu mens fugit mel de petra, oleumque de saxo durissimo: sub hoc statu stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel: sub hoc statu animam e surientem & sitientem saepe Dominus visitat, saepe interna suavitate saturat, spiritusque sui dulcedine inebriat. Saepe sub hoc statu Dominus descendit de caelis, saepe visitat sedentem in tenebris & umbra mortis, saepe gloria Domini implet tabernaculum fidei. Sic tamen praesentem suam exhibet, ut faciem suam minime ostendat. Dulcorem suum infundit, sed decorem suum non ostendit. Infundit suavitatem, sed non ostendit claritatem. Suavitas itaque ejus sentitur, sed species non cernitur. Adhuc nubes & caligo in circuitu ejus, adhuc thronus ejus in columna nubis, & lene quidem & blandum admodum quod sentitur, sed nihil in lumine, & quantum apparat in igne, magis tamen in igne accendit quam in illuminante: accendit namque affectum, sed nondum illuminat intellectum; desiderium inflammant, sed intellectum non illuminant. In hoc itaque statu anima Dilectum suum sentire potest, sed, sicut dictum est, videre non potest. Et si videt, videt quasi in nocte, videt velut sub nube, videt denique per speculum & in enigmate, nondum autem facie ad faciem. Unde & dicit: (Plal. 18) Illumina faciem tuam super servum tuum. Hoc igitur ex isto primo dilectionis gradu agitur, ut dum mens saepe visitatur saepe reficitur, saepe inebriatur, quandoque ad majora audenda provocetur. Haec tenet Richardus.

Sanctus Diadochus lib. de Perfectione, cap. 69. Soler, inquit, principio lumine suo in multo sensu, id est, cum magna voluptate animam collustrare: processu vero certaminis, saepe mysteria sua clamant anima divina contemplante operatur. Idem Auctor Cap. 90. eamdem tenentiam repetit, dicens: Igitur Spiritus sanctus in isto progressu spiritualis, si virtutem Dei servide amamus, annuit anima ut dulcedinem divinam in omni sensu & plenitudine sentiat, qua possit mens sanctorum laborum primum perfectum notitia exacta cognoscere.

S. Bonaventura de Septem gradibus Contemplationis, hujusmodi suavitatem incipientium gratiam comparat unctio. Unctio, inquit, est velut quidam rosae liquor, qui per totam animam se diffundens, ipsam erudit, corroborat, & confortat, disponens eam suaviter ad veritatis luculentias suscipiendas atque pariter contemplandas. Haec caelica unctio perlitus fuerat, qui dicebat: Vixit me unctio misericordiae suae. De qua rursum dicit David: Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Hermon interpretatur lumen exaltatum. Habet autem signare infinitissimam se suavitatem. Ros igitur montis huius descendit in montem Sion, id est, contemplativi irrimentem, ipsius precordia tam irrigando secundans, quam succedendo irrigans, & calorem scilicet primi gradus leniter temperans, ne plus ardeat quam oportet. Quod enim purificat igni concremando, hoc unctio mulcet

Thom. a Iesu Oper. Tom. II.

pinguedinem suam persundendo, ut capi facilius sit divinorum & pulcherrimorum radiorum ab aeternaliter oriente aurora diffusimè emanantium. Quibus quidem salubriter perstrata, ita secundum apostolum docetur de omnibus, ut nequaquam quisquam ibidem locus ignorantia tenebris pateat, ubi fulgeat copia tam gloriosi luminis. Haec Bonaventura.

De his effectibus sensibilis gratiae pulcherrime loquitur Harphius lib. 3. cap. 12. Mystica Theologia. Alii epus ubi sic ait: Secundus gradus istius consurrectionis persicitur in voluptate spiritualium deliciarum, quarum suavitate gustata, repente cor & omnes sensitive potentiae tanto torrente interne voluptatis potantur, ut se spiritus amans affinet divini amoris amplexibus penitus involutum. Quae delicia tantum mundi voluptatibus sunt majores, etiam si omnes una capere possent creatura. In cuius voluptate infusione DEVS per dona sua cordi sic affecto pariter illabitur, tanta suavitate saporem & jucunditatem consolationem secum ferens, ut cor ipsum voluptate dulcissima faciat intrinsecus exultare. Cordis etiam tam ingens causat profluvium, quod se homo praebetate letitiae nequeat continere. Nec mirum, cum ebrietas letitiae paratur spiritualem.

Hujus mirabilis dulcedinis, incipientibus a DEO liberalissime infusa, causam non erit difficile invenire: procedit enim, tamquam ex fonte, ex abundantiori gratia sensibili a DEO mutationem vitae inchoantibus communicante. Hujus gratiae mediante virtute ab illa proficiscente, sopit DEUS mirabiliter temperatque furorem nostrorum appetituum, ut nequeat rationi prevailere, nec eam ad tempus ullo modo turbare, venenososque illos affectuum nostrorum serpentes sic quodam modo iacant, ut viventes & integri intra naturam nostram permaneant, nec tamen illam innoxiae, illive officere illatenus possint, uti prius facebant.

Idipsum indicavit Isaias cap. 11. dicens: Et habitabit insans ab ubere super foramine aspidis. Insans ab ubere ille dicitur, qui DEO primum sentire inchoat, cui adhuc lacte opus est, donec adoleat. Delectantur itaque spirituales tyrones super foramine aspidis, eo quod videant se in medio spiritualium serpentum vivere, & tamen virtute divinae gratiae non percipere ab illis aliquid mortale nocumentum peccatis consentiendo. Plenitudo enim gratiae, quam DEUS in hanc terram disseminat, incantat hos serpentes eum in modum, ut non possint filius DEI nocere.

Nascitur praeterea haec spiritualis suavitas ex magnitudine laetitiae & consolationum spiritualium, quibus novelli in suis initiis fruuntur. Haec enim abundantia spiritualis adeo fitim omnium desideriorum exinguit, ut postea facillime vincant, & se projiciant omnes alios affectus peteginos. Invento vero hoc bonorum omnium fonte, perit extemplo gustus ille molestus omnium aliarum oblectationum: quia jam potati & recreati aqua divinae gratiae, (de qua dicit Salvator Joan. 4. Qui bibit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in aeternum) facile fastidium. Omnes mundi delicias. Cum itaque jam vas cordis nostrum plenum est caelestis illius liquoris suavitate, nulla amplius subest cupiditas, nec locus desiderandi bona fragilia vitae hujus.

Hinc est quod juniores Aetate saepe magis exhilarantur sensibilibus (si sic dicere liceat) in oratione, meditatione, silentio, lectione, & similibus exercitiis, quam in convivio, in jocis, in ve-

nationibus, aliisque mundi hujus conversationibus aut voluptatibus esse facti: omnia enim illa jam oderunt, cruciatulque est illorum meminisse, ad eum ut ipsa caro nunc abhorreat ab illo, quod prius amabat, gustumque & delectationem inveniat in eo quod prius fastidiebat.

CAPVT V.

De aliis effectibus letitiae & oblectationis, quos sensibilis gratia etiam in corpore solet efficere.

SANCTUS BONAVENTURA Processu 7. Relig. cap. 15. **S**EXACTE explicat effectus varios divinæ iucunditatis & suavitatis, quos incipit iam anima in hac via experiri solet, dicens: Circa hunc contemplationis excessum sunt diversae devotionum species, ut iubilus, ebrietas spiritus, spiritalis iucunditas, liquefactio, quae expertis & vacantiis explananda relinquo. Aliqua tamen breviter tangam istorum. Et quia iubilus usum non habet à Scriptura, videtur quod iubilus sit quoddam spirituale gaudium, cordi repente ex aliqua devota cogitatione vel colloctione infusum, quod totum cor concutit ex sui vehementia. Quosdam tremor commovet, & delectabiliter cruciat, quia motus gaudii consolatur, sed ex impetu fortitudinis corpus debilitatur, & aliquando per risum, aliquando per quosdam clamores, aliquando per alios gemitus & singultus quasi evaporando erumpit, non valens se intra se tacite continere: Gregor. iubilum namque dicimus, quando ineffabile gaudium mens concipit, quod nec abscondi potest, nec sermonibus aperiri, & tamen quibusdam motibus proditur, quamvis nullis proprietatibus aperitur.

Vnde Psalmus 38. dicit: Beatus populus qui scit iubilationem. Non ait, Qui dicit, sed, Qui scit: quia sciri quidem iubilatio potest, sed dictu exprimi non valet. Ebrietas spiritus dici potest qualibet amoris & gaudii devotio, ex qua quasi ex vini fortitudine fervor spiritus sancti sic exhibere scit, quod se intra se cohibere non valet. Vnde Apostoli, Spiritus sancti fervore astutantes, musto pleni dicebantur. Et Iob (c. 32.) ait: En venter meus quasi mustum abscisus spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit. Novas dicit, non veteres, vel quia veteribus cordibus non infunditur talis devotio, sed novus id est, in novitate vitae ambulantis. Vel novas dicit, propter fortitudinem spiritus, quae si novas disrumpit, quomodo magis veteres, id est, fragilia corda & infirma. Vel novas dicit, quia talis fervor spiritus novus & novulum exercitatus mentibus nuper infusus minus valet se cohibere, quam erumpat per inusitatos gemitus, vel voces, vel singultus. Sic novum vinum in vase ebullit, quod inveteratum quiete scit.

Quandoque etiam corpus quasi obrige scit, & membra inhabilia & inflexibilia fiunt ex subita fervoris & suavitatis insipientia. Et hoc potest esse, quia spiritus omnes dispenduntur corde inflammato, quia extensione nervorum, & obstructione viarum spiritalium, membra amittunt habilitatem officiorum suorum, ut lingua loquelae, manus operationum, pedes & crura gradiendi, quosque fervor iterum remittatur, & via spirituum aperta fiunt, ut prius. Nec mirum, si hac divina affectione possunt efficere, quarum virtus fortior est, cum etiam humanae affectiones hoc interdum valeant, ut subitus terror, & subita ac immoderata letitia, & subitus dolor, & odium immensum, & immoderatus amor. Sicut saepe compertum est, in ecstasim,

vel stuporem, vel phrenesim ex huiusmodi rapto fervore esse, & membra in rigorem vel tremorem versa, vel etiam in febres ex vehementi molesta incidisse.

Quid etiam mirum, si ex magna spiritus hilaritate, quam Spiritus sanctus infundit cordi, aliquando erumpit in aliqua aperta hilaritatis indicia? vel si quandoque singultibus & affectibus aperti imperare non valeat. & huius internae devotionis motus abscondere, cum videamus sapienter ex fluctu levitate à risu & insolentibus cachinnis non posse se cohibere, etiam ubi pudor humanus imperat à disciplinam? Et aliquando ex humana tristitia, oborto metu, non possit homo sibiipsi (quamvis libenter faceret) imperare? Cane nim scriptum sit: Deus noster ignis consumens est, & Deus charitas est: quid mirum, si fervor divinae charitatis cordis infusus totum hominem commovet: Sicut si vitro fragili, & si vase fictili bullientem liquorem, vel ignem ardentem infundas, trepidationis fragorem concutit. Cor namque divini amoris gaudio vel divino fructu desiderio inflammatur, in se dilatat, & extenditur, & quasi intra angustiam peccatoris se capere non sufficiens quodammodo erumpere conatur, nisi flamma, quam intus patitur foras eruat, & ardoris sui refrigerium quaecumque inveniens evaporat. Quod si non potest, vel ex humano pudore non audeat, mirabiliter in senectute cruciatur, & corpora valde ex talibus moribus debilitatur, quia virtus divina dulcedinis intus ab illis ex imbecillitate terreni corporis, sicut si ignem intro immittas. Vnde legimus, Sanctos ex divinis visitationibus & revelationibus curruisse. Ita D. Bonaventura.

Henricus Hapthius lib. 2. Myst. Theol. cap. 45. dum docet effectus, quos DEUS, media hac voluptatis infusione animae illapsus, in ea tanta vi operatur, ut ipsam melliflua faciat pccoditate exundare, homoque se continere nequeat, quoniam voluptas illa erumpat, adducit aliqua exempla, quibus explicat ebrietatem istam spiritualem, à qua devota animae absoibentur, dicens: Repente inde oritur spiritus alis ebrietas, de qua Dominus dicit in Cantico dicit: Bibite amici, & inebriamini ebrietasimi. Sed ista est adhuc grossa ebrietas, tamquam si rusticus esset ebrius à vino, quod non esset aliquid bibere. Sciendum verò, quod spiritus alis ebrietas est uberior affectivi saporis & internae voluptatis in corde recepta, quam cor ipsum possit excipere, & digerere: quia humanum cor tanto stimulo divini amoris & desiderii divina fructuionis tam valde inflammatur, aperteque arteriis & meatus in seipso in tantum dilatat, ut sibi appareat peccus nimis parvum fieri, sequae tertia angustatum, ut necesse sit uberioratem spiritus cum violenti ardore erumpere: flammam etiam amoris magna abundantia voluptatis confortat, cogitur signis exterioribus manifestare, velit nolit, quia sua violenta impetuositate commovet totum hominem, quem admodum Apostoli dotati Spiritu sancto videbantur coram esse musto: quia eiusmodi fervor, infusus cordibus inextinguibilis & inextinguibilis, in primis non potest coepesci, quin erumpat in insuetis gestibus, quos foris ostendant. Sicut vinum novum recenter infusum vase ebullire necesse habet, quod tamen postmodum non ebullit, sed ab omni operatione vel fervore quiete scit: sic etiam ista superabundans gratia erumpit foras in gestibus exterioribus variis modis: in quibusdam per cantum à divina & iubilationes: in aliis, copiosis lacrymis & gemitibusque aliis, diversis insuetis vocibus aut sonis quos edunt. Sicut Frater Mattheus, qui in sua iubilatione aliud non loquebatur nisi u u u. Alii membris omnibus tremunt, aut quibusdam membris adeo inquieti sunt, ut cogantur currere,

quendam modum legimus de Fratre Bernardo, primo spirituali S. Francisci, qui plerumque multis diebus currere confueverat per montes & valles. Alii coguntur saltare, alii manibus plaudere, alii interius magnitudine voluptatis quiescunt: quidam etiam habent adeo vigorosos impulsus, ut eis videatur se pro abundantia voluptatis rumpendos instar vasis absque spiraculo musto pleni. Et ista similia contingunt modis innumeris, quibus omnibus abundantia spiritus manifestatur. Et hac est delicatior vita, quam recipere possumus secundum inferiores anime vires, collectas in unitate cordis. Hæc Harphus.

CAPVT VI.

Gratia sensibilis affluentiam esse aliquando valde periculosam, & animæ & corporis salutis.

Hæc autem sensibilis devotionis effectus, & si qui sunt alii, de quibus infra, magno opere sunt periculosi, tum quia sæpè à deo nonne causantur, tum etiam, quia etsi à DEO aliquando proveniant, plerumque imperfecti eis abarcentur. De utroque periculo venerabilis vir Richardus in Psal. 80. sic scribit: Impii, quibus erit in futuro va, hic quandoque etiam intus donis reficiuntur. Inimici Domini (ait) mentiti sunt ei, & cibavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos. Inimici ergo dicuntur, & tamen non tam ex frumento, quam ex adipe framenti saturantur, etiam mystica & interna percipientes.

Idem Auctor in Cant. cap. 6. plenius hæc is amoris pericula est proteclatus, dicens: Affectuosa dilectio, qua superius dilectionem anime significari diximus, interdum plus afficit minus diligentem, & minus perfectiorem. Non enim tantum diligit quisque quantum hanc sentit, & quantum in illo statu sibi diligere videtur; sed quantum in virtutibus & charitate fundatus suus, & in servandis mandatis fidelis habetur. Dulcis in DEUM affectus, quod ammodo carnalis est & fallax, & humanitatis interdum potius quam gratiæ, cordis quam spiritus, sensualitatis quam rationis: ita ut magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad majus, & ad aliquid quod sapit magis, quam quod expediat. Hoc affectu errant discipuli, & carnaliter DEUM diligebant, cuius presentia carere nolebant. Unde etiam non diligere arguebantur, qui quod delectaret magis, quam quod expediret, amplectebantur. Sic affectuose interdum carnalis aliquis & imperfectus ad DEUM afficitur, non quod valde diligat, sed quia dulcedinem gratiæ degustat, qua quantum durat tantum vivat, quamdiu durat dulcedo, durat & dilectio. Sed non agnoscat in bonis amicis. In die namque ista Dominus quidem misericordiam suam mandat, sed in nocte temptationum & laborum in præceptis declarat quantum quisque diligat. Viscitatione gratiæ consolatur DEVS pusillanimitatem nostram, vivat infirmitatem, excitat voluntatem. Et quid mirum si infirmus ungatur gratia, cum etiam malus Dominus, cum benefecerit ei, consueatur? Itaque contingit ut pusillanimitas, & dilectionis avidus, dilectione hac magis moveatur, & in quo sensualitas & carnalis appetitus potius quam ratio dominatur.

Interdum hanc magis sentit levis corde & inops gratiæ, facilius enim movetur; qui levior fuerit, experis consolationis delectabilis oblatam recipit. Huius ergo dulcis affectus causa est interdum non gratiæ Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

copiæ, sed mentis inopia. Exigua enim lætificant pauperem. Non omnis qui dicit, Domine Domine, intrabit in regnum colorum. Non omnis qui iterum atque iterum dicit, Domine dulciter, scilicet affectuose, intrabit, sed qui voluntatem Patris fecerit, qui mandata custodierit. Voca me, & respondebo tibi, ait B. Job cap. 14. Vocat DEVS per gratiam visitantem, & respondet homo per mandatorum impletionem. Vocatio non facit perfectum, sed obligat: responsio per mandata justificat. Fit etiam aliquoties affectus iste dulcis à malo spiritu, ut dum minus ei creditur, eique dum valde delectat, inheretur, ad debilitatem cordis homo perducatur. Item, ut per illius occupationem ab utiliiori opere revocetur. Et item, ut eius abundantia fretus aliquis, se perfectum credat, & ad perfectum minus exerceatur. Per se quoque interdum aliqui gratiæ abutitur, in vacuum hanc recipiendo, vel utilius aliquid opus omitendo, sive finem sui profectus in hac constituendo. Sicut enim spiritus Prophetarum Propheticus subiectus esse memoratur, ita gratia homini subicitur, ut vel bene, vel male illa utatur. Per hanc ergo offendit, qui usum eius nescit; sicut etiam virtus in vitium vertitur, si nimie vel extra tempus exerceatur.

S. Bernardus ad Fratres de monte Dei huic sententiæ subscribit, dicens: In quo, proh dolor! plurimi falluntur: quia cum pascentur pane filiorum, iam se esse filios arbitrantur; & deficientes unde proficere debeant, ex visitante gratiæ evanescent à conscientia sua, arbitantes se aliquid esse, cum nihil sint; & de bonis DEI non emendantur, sed indurantur, & fiunt, de quibus Psalmista dicit Psal. 80. Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibavit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos. Pascentur enim à Patre DEO aliquando de pretiosiore gratiæ substantia servi, ut affectum esse filii: ipsi vero gratiæ DEI abutentes efficiuntur inimici: ut enim abutantur etiam Scripturæ sancti in peccatis, vel in concupiscentiis suis redeunt ad eas, per orationes dicunt sibi illud uxoris Manue: Si Dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manibus nostris.

Joan. Thaulerus de hoc sensibili amore loquens, ita inquit cap. 18. Instat. Effectus vero, sive opus amoris, quandoque magnum aliquid esse videtur, ut est jubilatio, devotio, & alia huiusmodi; sed hæc non semper potiora melioraque sunt, cum & sine vera possint charitate subsistere, & natura sæpè huiusmodi saporem ac dulcedinem ministrare solet, vel etiam, DEO permittente, malignus spiritus ea in homine excitare queat, ut aliquo ille in pretio ab aliis habeatur, nec ille sanctior dicendus est, qui hoc amplius abundat. Unde solerter est discernendum, utrum à DEO, & cur à DEO præstetur. Sæpè namque huiusmodi DEVS pro sua pietate largiri solet, ut hominem ad altiora provocet, & in vita continue integritate. Dum vero à cui hæc conferre solebat, in vera dilectione proficit, hæc ei dulcedinem instillationem paulatim subtrahit. Porro etiam si quis in hac consolatione DEO fidem servet, adhuc tamen vigilanter satum inspicendum est, utrum ex vera dilectione procedat; & licet hoc esse constiterit, at ne sic quidem optimum est. Hæc Thaulerus.

Solet etiam, idque non raro, sensibilis gratiæ affluentia, nisi magna regatur discretionem, corporis salutis non parum nocere: nam multi in experimentali hac devotione & amore tam imprudenter se gerunt, ut non solum interiori ad DEUM conventionem ab ipsis magna violentia & impetu excitata, sed etiam exteriori penitentia ultra vi-

res naturæ assumpta, corporis salutem destruant: solet enim in his aspirationum exercitium adeo violentum & impulsivum effici, quod homo in sua ad DEUM conversione statim sentit circa cor magnum validumque motum, quia cor saltat in pectore, velut piscis in aqua; ac propterea aperit se & claudit mirum in modum, ita ut etiam plerumque audiri possit.

Ex hac igitur magna cordis agitatione, sæpè solet in caput ascendere magnus ventus, ac si gladio caput ipsum perciteret: ut impulsus enim cordis sursum ascendit, & si habuerit caput debile, durabit diu ille ventus; si verò fortis capite fuerit, transibit mox, exercitio dimisso. Quare omnino necesse est, ut vigorosa ista exercitia moderentur, aliàs caput omnino debilitabitur.

Similiter ex exercitio isto vigoroso ac impetuoso evenire solet, quod sanguis circa cor, propter ingentem calorem & pressuram bullire incipiat, præsertim in illis, qui natura sua sunt vehementiores ac studiosiores in suis affectionibus; qui licet sentiant præfatam calorem circa cor aut sanguinis ebullitionem adhuc perdurare, solent in suis exercitiis sine ulla discretione pergere, quousque tandem perveniant in magnam tubulationem & angustiam: quia sanguis ex continua ebullitione circa cor valde incrassatur, & hominis cor, quod natura sua in omni jucunditate & sensibili amore aperitur, tunc naturaliter clauditur, eò quod reuatur sanguinem illum jacentem circa ipsum recipere.

Unde etiam provenit, quod spiritualis jucunditas in mœrorem vertatur; quia clauso corde, naturale est homini contristari. Hæc autem cordis clausura tam firma effici contingit, ut nullo modo iterum velit aperiri; quare tunc inapetiosi ac indiffereti omni devotione sensibili privantur: ac prætereà, cupientes amissam devotionem restaurare, tam violentis aspirationibus feruntur, ut earum vi & impetu cor & natura lædantur: sicut in citi hara fides in tantum extenduntur, ut rumpantur; & tunc conq̄teruntur se à DEO derelictos, inciduntque in pusillanimitatem, & pænè in desperationem; cum tamen verè hoc ipsis per indiscretia exercitia, quibus naturam inhabilem reddiderunt ad servandum spiritui, contingat. Quare verò amplius pro devotione recuperanda violentè laborant, tantò magis ab ea elongantur, ac per impatientiam cordisque inquietudinem quotidie magis indispositi efficiuntur, obnebrantur, & obdurantur, perveniuntque ad ineffabilem angustiam & tribulationem.

Noceat deinde saluti non parum, ratione nimis asperitatis corporalis; quia cum in affluentia sensibilis gratiæ, naturæ infirmitatem non sentiant, suspicantur sibi licere quicquid naturæ valent imponere, nec volunt consilium seniorum ac quietesceat postea verò, naturam jam conculcatam & debilitatam, ita ut de cetero non valeat spiritui deservire propter suam infirmitatem, tunc amissa jam devotione sensibili, incipiunt percipere, quam infirma ipsa natura effecta sit. Quare & sensibili amore, & corporis salute orbati, in graves angustias & tribulationes devolvuntur.

His qui debilitati sunt devotionis causa, consilium præbet salutaria S. Bonaventura Process. 7. Relig. cap. 21. dicens: *Quarunt autem devoti aliquando ex devotionis vehementia debilitati, utrum sit melius, debilitatem corporis subire, & spiritum per devotionis studium cum DEO robotari, & gratiam oblatam non*

abjicere, aut pro nimia debilitate à devotione se subtrahere, & spiritum extinguere, & exterioribus occupationibus se dare pro corporis relevatione.

Ad hoc (salvo meliori iudicio) videtur consulendum nimis debilibus, quod interdum possunt se utiliter subtrahere à studio devotionis, & conari proprio non adhuc inflare, nec quasi extorquendo exprimant devotionis affectum; quia tales violenti conatus debilitant etiam validiores. Si autem sine laborioso conatu offerat se gratis, & ingerit se illis non quaesita, nec abjiciant eam ex toto, nec omnino totos se immergant ei, maxime si vehementer ex hoc debilitari sentiant, sed temperatè & in quadam spiritu libertate superficialiter inhereant, juxta illud Proverb. Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, quod factu est juxta virum tuarum mensuram. Vitium enim est, ad horam habere temperantius gratiam devotionis, quam omnino exhaustis viribus, & destructa virtute naturali, totaliter eam perdere. & irrecuperabiliter ea carere; quia sic destructi posse à nimis incipiunt sibi incompati, & ut recuperent vires amissas per indiscretionem, non solum delicatius, sed etiam dissolutius quam expedit se habere; exhaustis namque viribus, capiti maxime & cordi juxta, non audent citam ad studium devotionis per moram aliquam aspirare, quia retrahit eos continuo molestia debilitas. Et quo magis volunt contra illam conari, eò minus possunt. Et ideo consiliarius videtur, consolationes divinas moderatius quaerere, cum debilitas corporis obstat, ut dicitur: *quoniam eius frui possint, & auctus valeant tolerare, quam ad breve tempus in eis ita indiscretè delectari, ut eas postea fugere oporteat, & sine se recuperandi amittere propter virium defectionem, vase enim contrito liquor effunditur.* Unde dicitur in Psal. 72. *Defecit carnes, & cor meum, quia cum corporis virtus omnino deficit, cordis etiam vigor à devotione languescit.*

Fit etiam plerumque studiosis devotiis, ut dum magis conantur habere devotionis gratiam, in modo habeant; & cum vehementius inflant, arboribus & rivis cordis fiant. Sicut in summis Festivitatibus, & devotis temporibus Passionis Christi & Nativitatis, & similibus, & maxime cum ad sanctam Communionem student sollicitè se preparare: & multi ex hoc se ipsi contristantur, & ex ista parte turbati, ex corde pusillanimitate interpretantur quod forte sunt indigni visionem divinam, & quod non placeat DEO ut sit indigni & indevoti ad sacram Communionem accedere; & sic sæpè se subtrahunt à cibo vite, & medicina salutis. Sed cum homini incertum sit, an sit dignus amore vel odio, secundum rationem dispositionis & merita singulorum soli DEO sint nota; non possumus secundum veritatem unicuique consulere quid sentiat in hoc debeat, & facere.

De aliis etiam periculis ortis ex hac dulcedine, & ex aliis gratiis supernaturalibus à DEO incipientibus collatis, DEO favente distectemus inferius Cap. 10.

CAPUT VII.

De aliis etiam oblectationibus externorum sensuum, quas solet etiam DEVS incipientibus elargiri.

SUNT etiam jucunditates aliæ, sive oblectationes sensibiles, quas DEUS adhuc tyronibus & nondum exercitatis communicare solet; & quia in illo statu animalis homo videtur ineptus ad spiritualia charismata percipienda, ideo DEUS

ea tantum, quæ sensu percipiuntur, elargitur. Sunt enim (teste D. Bonaventura Tom. 2. Process. 7. Relig. cap. 20.) quædam sensibiles oblectationes, quas in initio etiam conversionis sensibus exterius solent multi experiri; quales sunt, in olfactu mira fragrantia, in gustu dulcedo melle suavior, & huiusmodi alia. De his Cassianus Collat. 4. cap. 5. ita scribit: *Que gratia nonnumquam è contrario negligentes ac resolutos inspiratione hac quam dicitis sancta, & exuberantia spiritualium cogitationum visitare non despicit, sed inspirat indignos, excuscat dormientes, & illuminat ignorantia cecitate possessos. clementerq; nos arguit atque castigat, insudens se cordibus nostris, ut vel sic de inertia somno, compunctione ipsius infragati, surgere provocemur. Denique frequenter etiam odoribus ultra omnem suavitatem compositionis humane, in his ipsis subiecto visitationibus adimplemur, ita ut mens hac oblectatione resoluta, in quendam spiritus rapiatur excessum, seque commorari obtriviscatur in carne.*

Plenus tamen de his Seraphicus Doctor, ubi supra, ita scribit: *Sunt etiam quedam sensibiles dulcedines, & suavitatis experientie, quæ devotis quandoque infunduntur, ut mirabilis fragrantia odoris, ineffabilis suavitatis saporis, & hymnicæ melodia vocum & sonorum, & tactu perceptibiles experientie indicibilia suavitatum, quæ cum vera sunt & à DEO, possumus existimare, quod aut dentur quibusdam novis & rudibus, qui spiritualia nondum intelligunt, ut salutem per sensibilia consolentur in Domino, qui veritatem purè spiritualium non cognoscunt, in quibus major vis est, & certior veritas, & fructuosior profectus, & purior perfectio. Aut quid idem dentur etiam perfectioribus in spiritu sensibiles consolationes, propter redundantiam interioris dulcedinis, ut sicut anima communicat corpori suo, quasi comitibus & socio vis, passionibus suis, ita & communicet ei consolationes. Tristate enim anima interioris, etiam corpus tabescit exterius. Sicut ergo corpus collaborat spiritui & compatitur in merito, ita digne participat & remuneratur ei in premio, non solum future gloriæ, sed etiam presentis gratiæ: sicut domini in convivio epularum transmittunt servum suis reliquias seculorum. Unde dicitur: Sicut socii passionis estis, ita & consolationis eritis. Et hoc est ex superfluentis mensura, quæ datur electis, cuius redundantia ne effusa depercat, excipitur à corpore, quod particeps fuerat in labore. Sed sicut de visionibus & revelationibus, ita & de huiusmodi sensibilibus experientis sciendam, quod aliqui seducuntur in eis, putantes esse à DEO, quod forte est phantastica deceptio. Et aliqui putant esse aliquid magni, quod in se nullius est meriti. Et aliqui extolluntur de talibus apud se, & jactant se quasi de singulari gratia sancti atque. Habent etiam hoc proprium divine dulcedinis experientia, maxime cum frequentiori usu & valentiori motu influunt, ut spiritum reficiendo corpore debilitent, & ita quodammodo delectando affligant, sicut rusticum cibis grossioribus assuetum, delicia seculi saporis sumpta, alterando tabescunt & dissolvunt. Ignobile namque corpus & corruptibile, sicut pecus, bruti alibus est assuetum, id est, terrestribus & vilibus, juxta illud Gen. 3. *Comedet herbam terræ, & hoc post peccatum.**

Quantum verò periculi sit, huiusmodi externorum sensuum perceptionibus aut experientis inhaerere, explicat Harphius lib. 2. c. 10. prope finem, his verbis: *Affectant oculis exterioribus videre Angelos, æternam vitam, infantulum in Sacramento, & similia; vel cantantes Angelos audire, aut externam in Thom. à Iesu Oper. Tom. II.*

Sacramento dulcedinem sentire, & similia in omnibus sensibus. Et idem optant intrinsecus in omni noticia, quæ recipi potest in visionibus, in imaginibus, in formis, in similitudinibus, in spirituali intelligentia, & in supereminenti agnitione Dei. Isti autem in his suas affectiones & oblectationes constituentes, multum gratis laborant, atque in periculoso sunt statu deceptionis: nam frequenter inimicus, quando hoc narrat, permittente DEO, ipsos decipit multiplici apparitione tam exterius in sensibus quam etiam interioris, aut etiam in somno. Ipsi verò cum desiderio & delectatione hac suscipiunt, cum proprietate possident, glorianturque in huiusmodi, & se exaltant, magna de seipis sentiunt, sibi sapientes fiunt, in suo sensu obfirmati efficiuntur, & demoni sili. Idcirco qui secure & fructuosè se exercere vult, omnia sua exercitia ordinare debet ad valde in se excutendum amorem DEI, & non ad obtinendam aliam notitiam eorum, quæ sibi necessaria non sunt. Et si aliquam cognitionem à DEO acceperit, tamen non debet in ea requiescere, vel nimium credulus esse, nisi prius studuerit sapienter & humiliter super hoc consulere illos, qui discretianem omnium spirituum habent. In illo verò dicitur axat requiescere debet, quod propter amorem DEI se semper paratum inveniat ad standum in omni relictione.

Denique illud prætereundum non censeo, sæpè ex abundantia istius spiritualis lætitiæ, carnalem aliquando delectationem emanare, quod & experientur multi, & docuit D. Bonaventura Process. 7. c. 18. in fine, dum inquit: *De his verò, qui cum aliquando dulcedinem spirituales sentiunt, continuo etiam carnalis delectationis pruritu sedantur, nescio quid iudicem, nisi quod potius eligo illis carere floribus, quos de luti sordibus legere deberem. Et sic ut illos damnare non audeo, qui inveni quandoque in huiusmodi spiritualibus affectionibus carnalis fluxus liquore maculantur, ita etiam excusare nescio, qui ali fluxu ex consensu condelectantur, qualiscunque eorum intentio videatur. Hec D. Bernardus.*

Huiusmodi carnalis delectationis eam existimo potissimam causam, quod hi qui eam patiuntur, non sint benè purgati: quia teste Philosopho, omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur. Cum igitur delectatio illa, quantumvis divina & spiritualis sit, redundet etiam in corpus animale nondum mortificationibus assiduis purgatum, imò forsitan delectationibus carnalibus affectatum, ac natura sua ad eas valde propensum; non mirum, si spiritualis delectatio carnalis voluptatis induat conditionem; quod minimè contingit in vitis perfectis, qui defæcatis mentibus gaudent. Illi verò qui delectationem illam carnalem simul cum spirituali experiuntur, si quantum in se est, delectationi carnali non consentiant, omnino erunt à culpa excusati, ut ex D. Bonaventuræ verbis non obscurè colligitur.

Richardus in Cantic. cap. 37. non obscurè docet, inesse etiam periculum peccati in huiusmodi delectatione carnali ex spirituali derivata. Quare remedium adhibet his, qui illam patiuntur, ut ab illa dulcedine se retrahant, & ad aliquod bonum convertant, dicens: *Horum dulcis affectus si ve gaudium non est perfectum vel purum, quia de minus mandato corde procedit: cooperatur enim in eis vel naturæ levitas, vel prosperitas aliqua, vel tentatio peccati occulta. Tales per dulcem affectum interdum ad gaudium assuetum carnalitati devolvuntur: ignis enim carnalis concupiscentiæ per tentationem*

tionem adhuc vehemens est in eis, unde hilaritate accepta, quasi adhibitis lignis facile accenditur. Horum affectus cum in DEUM diriguntur, contingit interdum ut ex occasione locorum flatus levior factus in carnalem nutetur, ut cum spiritu coeperint, carne consumment. Vnde aliqui in tali statu carnis morum, vel etiam majorem fragilitatem pariuntur. Isti dulcibus affectibus verruntur in peccatum. Vnde cum carnis motum sentiunt, statim se retrahere ab hac dulcedine, & ad aliquod bonum convertere debent. Talibus magis expediunt amara, quam dulcia; dura, quam mollia: amaritudo scilicet & dolor penitentiae, & labor pugnae contra oblectamenta carnis vel propriae voluntatis. Noxia enim delectatio suo contrario melius curatur, & sua via, sicut sensualitas em delectant, ita & vires ejus faciunt. Per dura, itaque & labores falsa delectatio extinguitur, & requies mentis acquiritur, ut juxta fluentia haec sedetur, & superna aliquatenus contemplantur. Haec ille.

CAPVT VIII.

Viam purgativam supernaturalem aliquando a de solationibus & afflictionibus inchoari.

QUAMVIS familiare sit DEO, peccatorem potius dulcedine & suavitate (secundum illud Plal. 20. Prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis) quam afflictione, cordis suae amantudine ad se à viis ablatum vocare, ac veluti trahere; aliquando tamen solet afflictionibus & desolationibus, idque non raro, eum ad se veluti compellere. Sepiam (inquit Olex 2.) vias tuas spinis. Quae verba exponens D. Gregorius lib. 34. Moral. cap. 1. sic ait: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inveniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & querens eos, & non inveniens, dicit: Vadam, & revertar ad virum meum priorem, qui a mihi bene erat tunc magis quam nunc. Spinis enim electorum via sepiuntur, dum dolorem punitionis inveniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interposita maceria vis eorum obviat, quorum nimirum desideria perfectionis difficultas impugnat. Horum profectio anima amatores suos querunt & non inveniunt, dum sequendo malignos spiritus, nequaquam eas quas appetunt hujus seculi voluptates apprehendant. Bene autem subditur, quod ex ipsa difficultate mox dicat: Vadam, & revertar ad virum meum priorem, quia mihi melius erat tunc, quam nunc: prior quippe vir Dominus est, qui castam sibi animam sancti Spiritus interposito amore conjunxit: quem tunc mens uniuscujusque desiderat, cum multiplices amaritudines velut quasdam spinas invenit in iis delectationibus, quas temporaliter concupiscit: nam dum adversitatibus mundi quem diligit anima mori deri coeperit, tunc plenius intelligit quantum illi cum priore viro melius fuit. Eos ergo, quos voluntas prava pervertit, plerumque adversitas corrigit. Vnde & nimis timendum est ne sequantur prospera, cum desiderantur injusta: quia difficilius malum corrigitur, quod prosperitatem etiam prosperitate fulcitur. Haec ille. Adhibet enim DEUS interdum flagella, ut sapienter Patres testantur, ut quos non traxerunt beneficia, calamitates & labores veluti canes venatici ad eum ire compellant.

Hanc duplicem vocandi rationem optime declarat Doctor insignis mysticae Theologiae Thaulerus in Festo Martii, dicens: Ad hunc verò DEI

amorem duplici via pervenitur. Prior est, delectatio affluentis gratiae DEI. Hoc jucundum est homini in bonis desudare exercitium. Facit autem hoc adeo DEVS, ut voluptates carnis in eo tanquam citius restringantur. Itaque vendit hic seipsum homo ex amore, dum strenuo ac virili animo cuncta temporalia oblectamenta fastidit, adeo ea pro amoris magnitudine parvipendens despiciensque, ut in sui admirationem parvipendens quos ipsum videre contingit. Quomodo & de Sanctis quibusdam legitur, quod tam celeriter ab omnibus hujus mundi gaudiis, solatiis, delectationibus se abstraxerint, tantaeque cum strenuitate averterint, ut videre mirum fuerit. Facti hoc nimirum Spiritus sanctus potentissimo amore suo, qui instar mortis sortis est. Altera via, resignationis & crucis, seu afflictionis est. Hic, ut praesati sumus, omnis homo spiritali solatio privatur.

Vnde optime Richardus ab Incipientibus DEUM (Cap. 1. in Cant.) ab orbibus inquirendam docet. In lectulo, inquit, id est in quiete mentis querendus est DEVS, & per noctem, id est per adversitates actionum & laborum, & in pugna virtutum & vitiorum laborare siquidem animam oportet in multis adversis, multisque obstaculis retardari, & gravi collatione fatigari, antequam mores perfecte corrigat, & cordis munditiam obtineat, & DEUM videre mereatur. Vnde merito per noctem DEUM querere dicitur, per adversa videlicet & labores; & non in lectulo, sed in lectulo: quia quies à talibus habitis exigua est & angusta, impugnantibus nimirum animam vitis, & pristina consuetudine, & praeteritorum peccatorum memoria & delectatione. Ob quam causam dicitur etiam suum lectulum, & non nostrum, quia non communem hunc habere potest cum sponsa, nec perfecte illi frui in tam exigua quiete, quia in pace factus est locus ejus, & non in vitiorum pugna & perturbantia. Hoc modo ab incipientibus & nondum perfectis queritur DEVS in lectulo per noctem. Haec tenus Richardus.

Illud tamen oportet animadvertere, DEUM hominem laboribus & afflictionibus trahentem, in initio conversionis singulari protectione eum ab hostibus tuentibus: enim omnino impossibile, hominem rerum spiritualium ignarum, à vitis & passionibus non purgatum, nisi speciali DEI gratia protectum, per difficultatiam afflictionum, tentationum, desolationumque viam securum incedere.

CAPVT IX.

De luce sive supernaturali contemplatione via purgativa magis propria.

CONSTANS est gravissimorum Patrum sententia, DEUM incipientibus & imperfectis aliquando supernaturalia dona liberaliter communicare: nam & oblectationibus sensibilibus, aliisque sensuum experientis quamplurimis, ut supra constitimus, imò & visionibus & revelationibus non raro, ut inferius etiam dicemus, ad DEI opt. max. amicitiam invitantur. Sed spectatim DEUM etiam imperfectis contemplationis gratiam concedere, docuerunt sancti Patres. Gregorius in Homil. 17. super Ezechiel, de hac re sic loquitur: Non auctam verò, quod intra portam mundique per circuitum fenestra obliqua esse memorantur: non enim contemplationis gratia summis datur, & minimis non datur; sed saepe hanc summi, saepe minimi, sapius remoti, aliquando eam conjugati percipiunt.

pium. Si ergo nullum est fidelium officium, à quo possit gratia contemplationis excludi; quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest: quia intra portam undique per circuitum fenestrae obliquae constructa sunt, ut nemo ex hac gratia, quasi de singularitate gloriatur. Haec tenet Gregorius.

Idem docent passim D. Bernardus, Cassianus, Richardus, & alii Patres, ut latius lib. 1. de Contemplat. divina, cap. 9. pertractavimus. Quales autem sint Contemplationis gradus, ad quos incipientes divinae praeventi gratia assumi solent, oportet ut breviter explicemus.

Est enim triplex DEI cogitatio, ut D. Bonaventura de Mystic. Theolog. cap. 3. par. 4. philosophatur. Una, qua per speculum creaturarum sensibilem ad cognitionem invisibilem ascendimus. Alia, qua intelligentiae exercitio per immersionem spiritualium radiorum docet primam causam perfecte cognoscere, de qua D. Augustinus in lib. de Magist. & ver. relig. saepe facit mentionem. Alia vero est istis multo excellentior, per amorem ardentissimum unitivam, quae actualiter sine omni medio animum disponente, ardentissimè facit in dilectum suis extensionibus sursum aetheris consurgere, quae Mystica Theologia dicitur; quae consurrecto per ignorantiam dicitur, quia remoto omni imaginationis & rationis actu, per unionem ardentissimi amoris id sentit in praesenti, quod intelligentia capere non sufficit.

Juxta hunc triplicem contemplationis gradum, tres Hierarchias in mente humana, ad instar Angelicarum lib. 2. de Contemplatione divina, & libro 1. Cap. 3. convenienter distinximus. Prima autem Hierarchia ad Incipientes, secunda ad Proficientes, tertia ad Perfectos reducit. Distinximus enim superius lib. 1. tres supernaturales vias, in prima, quam viam Purgativam supernaturalem vocavimus, incipientes. In secunda, quae Illuminativa, supernaturalis dicitur, proficientes. In tertia, quae Unitiva supernaturalis appellatur, perfecti, quasi veterani milites, recensentur. Prima, quae inferior est, utpote quae in imaginatione sensibus externis adjuncta collocatur, viam supernaturalem purgativam ingredientibus familiaris esse solet. Secunda vero, quae illustrior est atque splendidior, utpote in intellectu seu ratione residens, ad viam illuminativam, quae nobilior est, reducit. Tertia demum via, quam unitivam supernaturalem vocamus, cujus est, purgata jam mentis acie ac sine phantasmatum nubibus divina contemplati, & arcano nexu DEO uniri, ibique velut in arce Sion, pace, quae superat omnem sensum, & voluptate purissima perfrui, tertiam contemplativorum Hierarchiam, veluti propriam sedem, libentissimè complectitur.

Illam igitur primam contemplantium Hierarchiam, quae ad incipientes pertinere dignoscitur, in primo animae nostrae caelo (secundum quod interioris orbis caelos in lib. de Contemplat. distinximus) hoc est in imaginatione, non in rationis admixtione, potissimum residere ibi annotavimus. Est enim primum hoc caelum, sive prima contemplantium Hierarchia, in quo lucet primum doni Intellectus radius, quo imaginatio, non sine comite intellectu, tacta, ex corporalibus istis quae sensu hauriuntur corporeo, percipere incipit quam sint multa, quam magna, quam diversa, quam pulchra vel jucunda, quae in DEO invisibilia sunt, & in omnibus his creatricis illius summæ artificis potentiam, munificentiam mirando veneratur, &

venerando mitatur. Creatoris enim opera omnia quae visibilia sunt, ad hoc creata fuere, & taliter disposita, ut & praesentis vitae usibus deservirent, & futurorum honorum magnitudinem adumbrarent.

Unde non immeritò contemplatio, quae ad viam purgativam supernaturalem sive primum caelum spectat, in tria exercitia, sive, ut convenientius loquar, in tres gradus sive species distribuitur. Primus & infimus gradus, ex creaturarum visibilibus contemplatione ad divinas perfectiones contemplandas gradatim mira quae sua vitate conscendit, sunt enim rerum visibilium formae, quasi invisibilium picturae & imagines. Quare ut in hac prima contemplationis specie mens ad invisibilia assurgat, corporeae similitudinis baculo se sustentat, & veluti per quamdam invidiam scalam ad divina se erigit, ad cujus ascensum intellectus ab imaginatione, cujus est corporeas has imagines representare, manuducitur. Secundus gradus est, cum contemplativi ex mira Scripturarum penetratione, latentes sub cortice sensus mediâ doni Intellectus illustratione penetrant, ac incredibili suavitate degustant. Tertius denique, cum ex Sapientia incarnata Christo JESU Salvatore nostro ad incomprehensibiles Deitatis perfectiones contemplandas, ac thesauros sapientiae & scientiae DEI exhaustos divinitus ab ipso DEO elevamur.

Sunt enim haec tria exercitia, veluti tres libri, in quibus partim characteribus & manifestis notis, partim hieroglyphicis ac symbolis mirabiles DEI perfectiones exarantur. Primus liber est, mundus visibilis; secundus, Scriptura sacra; tertius, Sapientia incarnata. Toties igitur contemplatio ad viam purgativam pertinebit, quoties rerum omnium visibilibus, quae ad tria praedicta capita spectant, rationem, sensumve latentem rimamur; invento autem eo, admiratione suspendimur: cum verbi gratia, aspicientes hujus mundi machinam, Scripturae profunditatem, Veritatis incarnatae immensitatem, ad contemplandum quam mirabiliter omnia facta sunt, quam convenienter ordinata, quamque sapienter disposita, mente assurgimus. De his tribus gradibus latissimè lib. 3. de Contemplat. egimus, breviter nunc aliqua perstrin-gemus.

Hoc igitur primum Contemplationis genus consistit in speculatione & admiratione rerum corporalium hujus mundi, eorum inquam omnium, quae per quinque corporis sensus ingrediuntur ad animam. Et est quidem hoc omnium infimum, & ad incipientes spectans: ab hoc enim solet Spiritus sanctus, medio Sapientiae doni influxu, secundum ejus inferiorem gradum inchoare, ut paulatim rudiores possint ad altiora, quasi quibusdam perfectionum gradibus, ascendere. Ad hoc utique contemplationis genus quævis cognitio & admiratio Creatoris, quae ex rerum corporalium consideratione confurgit, sine dubio spectat.

Habet hic primum Contemplationis gradus materiam copiosissimam & satis prolixam; hic sibi inveniet quisque, ubi contemplationis suae vela expandat. Exercuerunt se etiam multi Philosophi in hoc genere contemplationis: ceperunt enim latentes rerum causas investigare & invenire; sed defecerunt scrutantes scrutatio: non enim erat eisdem facultatis, Physicas rerum rationes invenire, & divinorum judiciorum profunditatem

Tres species, sive gradus contemplationis viae purgativae supernaturalis.

Tres libri in quibus Dei perfectiones exarantur le-guntur.

Primus contemplationis gradus exponitur.

secruti. Quare evanuerunt in cogitationibus suis, ed quod non possit invenire homo opus quod operatus est DEUS ab initio usque ad finem. Revelat autem DEUS per Spiritum sanctum, quae abscondita sunt sapientibus, parvulis quibus vult, quando vult, & quantum de his scire oportet.

Septem conditiones in creaturis consideranda.

Sed ut facilius in hoc mirabili creaturarum libro uberiores contemplationis materiam adinvenire possimus, septem creaturarum conditiones ex D. Bonaventura lib. 3. cap. 6. de Contemplatione considerandas esse diximus; nempe cunctarum rerum originem, magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, plenitudinem, operationem, & ordinem; a quibus sumitur septiforme divinæ bonitatis & sapientiae testimonium. Plura de aliis circumstantiis investigandis in creaturis, ex quibus ad Creatoris perfectiones, veluti per gradus, ad Salomonis thronum ascendere possumus, praedicto loco annotavimus.

Alter huius contemplationis gradus declaratur.

Secundus gradus sive exercitium viae purgativae supernaturalis est, sub Scripturae sacrae velamine profundos & mysticos sensus contemplari. solet enim Spiritus sanctus, in medio intellectus domini, contemplantium mentibus se insinuate, & lucis suae radios tam copiose illi infundere, ut sub facie Scripturae velamine veritates absconditas penetrare, & sub litterae cortice sublimes caelestesque theorias soleant percipere: plerumque enim animae purae Scripturarum contemplationi incumbentes, tot, ac tam multiplices profundosque sensus venantur, quot sunt fere verba in novo & veteri Testamento, omnesque illos ad divini amoris fomentum referunt.

De his duobus viae purgativae contemplationis gradibus praecarat S. Laurentius Justinianus de Castro comitibus, cap. 19. sequentibus verbis disserit: Varii quidem sunt contemplationum gradus, iuxta qualitates gratiarum & meritorum mensuram. Quandoque etenim mens trahitur ad DEI notitiam, dum creaturarum consideratione, circumquaque perustrat, & in cunctis tremendam DEI potentiam, admirabilem sapientiam, amplectendamque conspicit clementiam. Tot laudantium audit voces, quot creaturarum intuetur species; quamdam quoque spiritali sentit in corde harmoniam, quae interiora omnia complet jubilatione. Non enim a Conditoris se valde continere laude, cum universa in divinis praeconiis occupata intelligit opera. Si caelestia aspicit corpora, hoc agnoscit: si elementales considerat species, hoc gustat. Omnia vocibus suis jucundissimum agunt concentum; unde fragrantissima resperis suavitate animus tacite vociferare compellitur & dicere: Domine, quis similis tui? In universis quippe creaturis DEVM intuetur, & per singulas delectabiliter pascitur. Hunc habere se sensum expressit Prophetia Psal. 98. cum ait: Delectasti me Domine in saecula tua. & in operibus manuum tuarum exultabo. Liber quidem pulcherrimus intus & foris depictus est creaturarum universitas, in quo DEI perspicua habetur notitia. Propterea in Sapientia volumine cap. 3 continetur sic: Amagnitudine enim speciei creatura, cognoscibiliter poterit horum creator videri.

Est & alius contemplationis gradus superiore major, cum mens in sanctarum dilatur meditatione Scripturarum. Est namque Sacra pagina Sapientiae Verbi speculum, & Divinitatis armarium. Nullus in ea pure, prudenter, humiliterque accedens, recedit vacuus. Omnium quidem morum scientiam continet. Quis non DEI miretur sapientiam, cum tot mysteriorum sacramenta, tot veritates sub litterae cortice esse

videt contenta: In ipsa praedicatur omnipotentia divina, cum de mundi creatione modum insinuat, multaque narrat DEI magnalia; nam per Angelorum ministeria, nunc per hominum instrumenta. Sanctae paginae potissime bonitatem Conditoris commendant. Nosferam vult per has DEVS erudire ignorantiam, informare fidem, spem solidare, ablacitare a visibilibus, & invisibilibus pascere.

Tertius denique gradus incipientium possimum versatur circa contemplationem Sapientiae incarnatae. Cum enim Christus Dominus sit totius Scripturae finis, post ascensionem mentis in Deum per contemplationem Scripturarum, recto ordine sequitur, ut sub velamine Veritatis incarnatae ad altissimas Divinitatis theorias ascendamus. Velamina autem Veritatis incarnatae sunt omnes infirmitates & defectus, quos pro nobis Verbum in natura humana assumpsit, ut passibilitas, fames, sitis, &c. quae omnia Intellectus donum facit penetrare usque ad investigationem nude & purissime veritatis. Docet hoc ipsum Veritas incarnata, dum inquit Joan. 15. Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnia veritatem, quia docebit nos Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae DEI absconditi. Haec est via plana, secura & brevissima perveniendi ad altissimam Divinitatis contemplationem.

In Christo igitur Salvatore nostro omnes Dei perfectiones mirè respicunt. In primis divinae bonitatis altitudo, qua seipsum nobis liberalissimè communicavit, ac tanta pro nostro amore periculis mala. Resplendet etiam divina potentia, cum per erucis infirmitatem de inimicis victoriam reportavit, ac parvo ligno genus humanum, per se quasi aiter Noe in arca, in aeternitatis portum transvexit. Praeterea, quantum ejus iustitia resurgat, constat ex eo, quod ab hominibus, quos tam ardentem amavit, plenam & rigorosam satisfactionem, effuso proprio Sanguine unguentis sui Redemptoris nostri JESU Christi exegerit. Et ut alia taceam, in Christo Domino divina & infinita emicat sapientia, qui tanta ac tam ineffabilia media, & inter ea praecipue unionem hypostaticam pro humani generis salute excogitavit. Ac demum, nullum est DEI attributum, ullave perfectio, quae in Christo Domino perfectè ac limitless, quam in omnibus rebus creatis simul acceptis non conspiciatur. Quare merito de seipso Joan. 14. dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Dicitur autem Christus via; ut enim via est, per quam a termino uno ad alterum fit transitus; ita per Christi humanitatem ad Divinitatis cognitionem sublevarum.

Haec autem Christi utilissima contemplatio copiosissimam continet materiam; nam modò Christi mytheria, ut Incarnationis, Nativitatis, & modò ejus amarissimam passionem & crucem intrantes, ad altissimam Divinitatis cognitionem sublevarum, ac ingredientes ad illam, ac itum ad humanitatem egredientes, tam in ingressa quam in regressu, pascua uberrima invenimus. Sunt innumerae aliae contemplationum Christi species, quas purae mentes Intellectus dono illustrata uno intuitu suavissimè conspiciunt. De hoc tertio genere Contemplationis laudat S. Laurentius Justinianus in lib. de Disciplin. Monast. & perfection. cap. 8. scripsit.

Omnia denique quae ad Christi Domini contemplationem spectare possunt, cum D. Bonaventura

THOMAS
Oper. Spirit. III
T. I. II
O. I. II

Tertius huius contemplationis gradus
Quomodo in Christo
omnes
resplendet
deum
dicitur
Tres relationes spectat

ventura ad septem capita in lib. 3. de Contemplat. cap. 2. redimus, quæ ibi, & alia quæ ad contemplationem via purgativæ supernaturalis pertinent, plenius tractavimus.

CAPVT X.

De raptu, visionibus & revelationibus incipientium, de ac cautela in his habenda.

NULLUM esse genus contemplationis quod non possit etiam cum mentis excessu contingere, ex Richardo lib. 4. cap. 22. de Contemplat. supra docuimus, quæ expressè in fine capituli omnia contemplationum genera posse utroque modo fieri, modo per mentis excessum, & modo sine aliquo mentis excessu exerceri, aptè declarat. Quare, quamvis familiaris sit & proprium proficientibus in via illuminativa supernaturali, sine ulla animi alienatione in contemplationem asurgere, aliquando tamen ex divina revelatione contingit, ut ea omnia, quæ in contemplatione sobria mente fiunt, mens humana seipsam excedens, ac in sensuum alienationem transiens, mentis excessu conspiciat. Quod aliquando ex nimia cognitionis aeternitatis & vehementi intentione promanat, præcipuè in inexercitatis & incipientibus, qui velut inexperiti, & rebus divinis non assuefacti, faciliè eorum novitate suspendantur, ac dulcedine absorbeantur. Ista vero est infima species raptus, primò ex parte objecti, tum sensibilium, quales est, quæ in via purgativa in incipientibus invenitur, oritur, ut ex præcedenti capite clare liquet; inde fit ut causa raptus ex parte objecti sit inferior aliis, quæ ad viam illuminativam & univiam spectant. Secundo, quia quamvis aliquando raptus violentia ex divina revelatione & aspiratione omnino proveniri possit; tamen non raro in impetibus non tam ex divina inspiratione, quam ex propria debilitate & intentione procedit.

Restat deinde, ut de visionibus & revelationibus quæ ab incipientibus etiam alienæ non sunt, aliqua dicamus, de quibus optimè S. Bonaventura 5. trin. aetern. dist. 2. postquam tres revelationum gradus distinguit, inquit: Prima revelatio sensibilis sit simpliciter viventibus, Aegyptum huius mundi exire desiderantibus: unde quibusdam Patribus fiebant sensibiles revelationes, ut exemplificat Dionysius, sicut Pastoribus, & quibusdam aliis.

Et infra dist. 3. loquens de revelatione sine visione sensibilis inquit: De qua notandum est, quod hæc revelatio sit plebi simpliciter viventibus, de Aegypto temporalis hanc exire desiderantibus, ad terram promissam aternitatis. Et hæc revelatio, ut dicit Richardus, scilicet sensibilis, sit dupliciter; sit enim quandoque per signa sensibilia, ut quando res videtur corporalibus sensibus extrinsecus significacione mystica. ut Pharaonis, & huiusmodi, qui nullum sensum spirituales vel mysticum intellexerunt; & sic non fuit revelatio facta illis, quia ultra sensum nihil manifestatum fuit. Est & alia revelatio sensibilis, sive visio corporalis, quæ fit sensibus exterioribus, ut quando res videntur, in quibus lateret significacio mystica, qualis facta sunt Patribus veteris Legis, & novæ, ut dictum est, ut patet per Dionysium, qui mysteria noverunt, ut Abraham, Isaac, & Iacob. Necesse est huius revelationis fuit (ut dicit Dionysius in Epistola ad Titum) ut homo, qui

constat ex duabus naturis, anima scilicet rationali, quæ simplex est in essentia, & corpore composito, iuxta utriusque naturæ proprietatem illuminetur divini cognitionibus, ut & mens eius pura, & simplices, & intimas signorum sensibilibus intelligentias segregatè ab ipsis signis conspiciat, & sensuatis eisdem per naturæ proprietatem coaptetur mentali cognitioni, & sic ad divina extendatur. Hæc ille.

Hæc vero visiones & revelationes, similesve dulcedines, quæ in via purgativa evenire solent, vel sunt periculosæ, vel frequenter falsæ. De quibus S. Bonaventura Process. 3. Religionis meritò scribit: Quanto plus quisque secundum has regulas ordinatus est, tanto spiritus alior est. Ista habere, est spiritualibus consolationibus frui. Nam alia consolationes, sicut non sunt necessaria salutis, etiam suspecta sunt, & saepe falsa, & deceptoria, ut visiones, revelationes, prophetie, sensuales consolationes, oblationes, miraculorum operationes, maxime moderatis temporibus, licet quandoque reperiantur veræ, sed in paucis. Datur autem spiritus aliorum consolatio novis Religiosis quandoque, ut videant quam largus DEVS remunerat sibi servientes, & quam bonum est servire tam dulci DEO. Item ad confirmationem fidei, ad robur spei, ad charitatis ascensionem, ad desiderii inflammationem, ad eruditionem, ut videant quomodo pergendum sit, sicut in tenebris lumen ostenditur, ut videatur quomodo sit eundem, & quid cavendum. Item ad mantendum contra tentationes.

Et Process. 7. cap. 18. de eadem teagens, ita inquit: Non videtur autem prætermittendum, quod quidam decepti à seductoris spiritibus, vel propriis falsis opinionibus, parant sibi apparere in visione vel ipsum Christum, vel eius gloriosam Genitricem, & non solum amplexibus & osculis, sed etiam alii indeventioribus gestibus & actibus ab eis demulceri, ut sicut spiritus ipsorum interius ab ipsis consolatur spiritualliter, ita & caro exterius sibi congruo oblationis sensu sensibiliter demulceatur, & carnaliter consoletur; quod non solum esse falsum & seductorium, sed etiam blasphemiam gravem esse comprobatur. Spiritus sancti visitatio sicut contra omnia vitia reprimenda & detestanda infunditur, ita & singulariter contra carnales illecebras opponitur. Et ubi spiritus mundities suo iudare respiciendur, continuo omnes pravæ voluntatis motus evanescent, & velut tenebras subveniente lumine disparere necesse est.

Hoc ipsum confirmat Richardus Serm. 33. in Cant. dicens: O quam frequenter imperfecti & ignari gratia moventur carnali gaudio, vel naturali alacritate, & moveri se putant spirituali consolatione! quam saepe ab inimico, vel à proprio corde aliquid sentit homo, & à spiritu sancto hoc esse credit! Et quid mirum, si in devotione se misceat inimicus, & falsa loquatur, qui in ipsis etiam Prophetis loquebatur? qui etiam à suo spiritu aliquando dixerunt quod à spiritu sancto se dicere crediderunt? Non ergo debet homo se qui sui cordis cogitationem vel experimentum, cum in huiusmodi quosdam Prophetas noverit interdum fuisse. Nec solum hæc pericula cavere oportet in statu peccati, sed etiam in ipsa gratia prudenter quid gerendum fuerit, est attendendum. Cum sapientia bibezymum, ait Salomon, vino gratiam sanctificans. Et item legitur, quod Spiritus sanctus aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.

Et in hoc loquens propositio S. Laurentius Justinianus, in libro de Disciplina Monastica, cap. 8. scribit: Sed antequam sapientia imbuatur anima, priusquam DEI verbo amoris vinculo confodretur, saepe labitur, errorem pro veritate suscipiens. Plerumque

que tamen permittente sponso, ut sibi ardentius dilectam cupulet, aut ad aliorum provehat, aut prudentior rem efficiat, satanas in lucis Angelum transformatur, atque illo tanquam sancto contubernio admiscetur: quem cum anima, adhuc caelestium ignara visitationum, erroris admiserit spiritum, & veluti Domino se illi substraverit sine mora secedit sponso, & illico succedunt tenebrae, ac quadam opaca mentis hebetudo. Continuo obdurefcit animus, & propria confusione contunditur, atque ex his quae patitur, perspicue intelligit spiritum quem suscepit inimicum.

Consonat inspectioibus quod scribit Harphius lib. 3. Myst. Theol. par. 2. c. 12. Hic tamen, inquit, diligentius mirandum est, quod multi vigiliis sensuum inventuram observare, qui multarum cogitationum immisionibus, quasi quibusdam revelationibus, suo iudicio se reputant abundare, vel etiam miranda per somnia videre. Sed hi, quia sensuum negotium intendunt, impatientiam amoris ignorant, vulnera charitatis nesciunt. Sed dilectionis languore minime detenti, sani aegrius elanguescunt: nam angelus satana se transformans in Angelum lucis ad deceptionem incipientium incautorum vel elatorum, qui pleni sunt vanitate, & vacui charitate, lumen quoddam phantasticum infundit inmiscet, a quo se sentiunt veluti sacro penitus obvolutos. Et quia semper ad tales novitates & revelationes aspirant, in hoc lumine multa mirabilia per imagines phantasticas percipiunt. Quaedam enim diabolus immittit cogitatus, quasi divina fuerit inspiratio, quae quidem aliquando vera sunt, saepius autem falsa. Et haec nimis gratanter ab inexpertis acceptantur, & tanquam divina stolidè venerantur, ac in talibus intimo cordis gaudio delectantur. Quo fit, quod ab inani gloria paulatim depasti, virulento pabulo divini amoris affectum inficiunt. Advertens ergo satanas miscellum satuum vanis visionibus delectari, vices multiplicat, visiones ingeminat, ut infelicem illudat, donec tandem immisionibus sripolis ingesta veraciter asserere, & pertinaciter defendere non formidat, simul cum operum suorum fructibus in barathrum serpentina seductionis & maledictionis ruciturus in aeternum. Haec ille.

Notanda sunt praeterea quae idem Harphius par. 3. c. 49. ferme in hoc proposito docuit, dicentem: Inveniuntur aliqui superabundantes sensuabilibus affectionibus; & quando effundunt se supra aliquam rem per affectionem aut amorem, effusio ipsa est adeo vehemens, ut facile aut cito deficiant in alius viribus, vel etiam in corporali natura. Quando igitur tales se introvertunt ad DEUM (ubi immense, magne, & multa inveniuntur causa amandi, qui & largus remunerator est oblatis amoris, praesertim in tribus aut quatuor prioribus annis conversionis) inveniunt duplex instrumentum, sensibilis amoris, & devotionis. Vnum est, natura affectuosa; aliud, affluens sensibilis devotio & amor: quae redduntur à DEO, ut à largo remuneratore servitii sibi impensi: ex quorum abundantia istiusmodi homines adeo inebriantur, & etiam adeo gulosi effusum ex sensuione, quae quotidie perficiuntur, ut se nulla alia re velint occupare, nec discere, vel laborare curent quomodo sibi ipsis moriantur, & virtutes acquirant, aut divinum beneplacitum cognoscant ad ipsum exequendum; sed paulatim magis ac magis requiem suam constituunt in sensibili devotioe, & per hoc reddunt se DEO valde ingratos, licet diu differat subtrahere ipsis sensibilem illam devotioem, si forte possent ad recognitionem & emendationem pervenire. Sed quanto diutius DEVS praesolat, tanto gulosiores & inordinatiores fiunt, ad requiescendum praecipue in huiusmodi sensuione; quia

natura corrupta semper magis avidè quiescit in hi, quae prohibita sunt.

Unde incipientibus magnopere est necessarium, huiusmodi visionibus aut revelationibus non acquiescere, & magnamque in his adhibere cautelam, ut inter alios prosequitur D. Bonaventura Process. 7. cap. 20. in initio, his verbis: In omnibus igitur revelationum & visionum generibus magna cautela habenda est, ne falsa pro veris, & incerta pro certis scilicet aribus, exigua pro eximis, & incerta pro certis recipiantur. Solus autem Spiritus sanctus per donum Consilii, & per gratiam discretiois spirituum, sic hominem expedit & certum reddere, quid in illis accipiendum sit, vel respiciendum, & quomodo eis utendum sicut & per Prophetas & Sanctos docuit, quibus non solum vera ostendit, sed etiam per veritatem testimoniorum, quae vera essent, interius demonstravit. Aliis autem autem videtur securus esse, si alia non querere oblata, nec cito credere, & deceptionis fore emtimere. Aliquando etiam oblata, velut nimis fructuosa, pariter pendere, ut si vera sint, se habeant indifferenter ad ea; si falsa, non inmittantur eis, ne decipiantur: & si verum advertere, quarant super his consilium sapientium solium, & paucorum, & ad illa se studiosè exercant, quae sunt secunda, meritoria & fructuosa; quae sunt vitiosa extrinseca, & virtutum studiis fideliter insulari, sacra Scriptura sacrum scrutari intellectum, & per orationis usum mentem accendere ad divinum affectum. Haec sunt salubria, & securae, & fructuosa studia Religiosorum: & quanto magis quis in illis se exercuerit, tanto majoris meriti & majoris gloriae apud DEUM erit.

De visionibus vero in somnio contingentibus multò minus est curandum, teste S. Diadocho, de quibus latius alibi dicemus. Interim illud debet esse omnibus conspicuum, & demone posse, DEO permittente, dare hominibus gratias gratis datas appetentes, ut Geiton 3. parte Alphab. 64. littera F. eleganter docet.

Aliud minus est incipientibus curandum de rapibus, de quibus rectè clariter iudicandum censeo vel ex naturae imbecillitate, vel à spirituali syrone seipsum excitante, & ad alienationem promovende: nam ut supra à Harphio annotabimus, sunt aliqui ita superabundantes sensuabilibus affectionibus, ut quando se vehementer effundunt per amorem supra aliquam rem, facile ac cito deficiant in alius viribus, quòd aliquando etiam naturaliter fieri potest, (ut docet Augustinus lib. 12. super Genes.) vel à demone cautante seu adjuvante. Vel talis illud est certum, huiusmodi raptus facile in initio, antequam in consuetudinem veniant, posse impediri, ut optime Cajet. probat 1. 2. quaest. 17. in art. 7.

Demum de visionibus illis divinis, quibus homo solet à DEO praeveneri, & excitari ad suam conversionem, nemini dubium esse debet illas esse à DEO, ac à fonte divinae misericordiae proficisci.



CAPVT XL

De purgatione Incipientium, qua desolationibus & tentationibus variis solet contingere.

MIRA hæc divinæ gratiæ affluentia ad tempus tantum homini conceditur à DEO, ut ea bonè utens, divino attractus amore rebus omnibus creatis vitèriter renunciet. Sed quia spiritus nos ter ei plus iusto solet cum proprietate inhaerere, ac propter ejus imbecillitatem, vel imperfectiorem in quamplurima vitia labi, sepius autem fertur à DEO & unde homo qui antea dives & locuples sibi videbatur, pauper remanet, nudus ac desolatus, ac DEO sic permittere, multis ac variis expositus tentationibus. Quare duobus potissimum in modis in purgatione Incipientium clemens adhibetur DEUS; Primo, Spiritualis cognitionis, & sensibilis amoris & devotionis subtractione, ubi se homo tam pauperem invenit & tepidam, derelictum à DEO ac desolatum, ac si nullum umquam saporem aut noitiam de DEO recepisset, cum tamen paulò antè tam dives & opulentus exuterit, in omnibus animæ potentis suavitate percellens & ardens amore. Secundo, Tentationum afflictionumve permissione, de quibus sigillatim divina inspirante gratia dicemus, Primò eas causas investigare conabimur, ob quas DEUS hominem sensibili hac devotione, qua non parum ad divinæ legis adimpletionem adjuvari videbatur, expoliet. Secundò, de multiplici tentationum genere, quibus Incipientes impugnati solent, ac de eorum remediis dicemus.

CAPVT XII.

De causa desolationis, ac gratia sensibilis subtractionis.

MULTÆ apud Patres hujus desolationis & derelictionis cause inveniuntur, quarum præcipuas præsentem capite adducemus.

S. Bernardus *Serm. de Cant. Excebis*, necessitatem esse existimat in intellectualibus ahiectis creaturam hanc in gratiæ visitationem, & tentationis tunc desolationis probationem, vicissitudinem, dum inquit: Est bona consolatio de spe salutis æternæ, in quam, sublatis peccatis que separabant inter hominem & DEVM, per DEI gratiam reviviscit & hilarescit. In quo cum caperit proficere, hoc est, piè vivere, necesse est, esse Scripturam, persecutionem patiatur, ut recens gaudium vertatur in marorem, & dulcedo boni vite summus labris attracta in amaritudinem commutetur, ita ut libeat dicere: Versa est cithara mea in luctum, & cantatio mea in plorationem. Plorat ergo amaritiam amissam dulcedinem, quam prius fieverat admissam peccatorum amaritudinem; hoc tandem facit, donec DEO miserante consolatio reddat.

Et inferius addit hæc verba: Crebris itaque humi-jumodi vicissitudinibus inter gratiæ visitationem & tentationis probationem, in virtutum schola proficiens faciente, utique visitatione ne deficiat, tentatione ne superbiat; & tali tandem exercitio mundato oculo interiori statim adest lux, cui fideliter inherere cupiens, sed corpore pressus non prævalens, ad seipsum volens dolensque resistit. Gustato tamen aliquatenus quam dulcis est Dominus, ejus etiam, cum ad sua redierit, in cordis palato retinet saporis, quo sit, ut jam

ipsum, non ipsius quacumque bona desideret. Et hæc est charitas non querens que sua sunt; hæc facit filium non querentem sua, sed patrem diligentem.

Idem quoque Bernardus *Serm. 21 in Cant. explicans illa verba Cant. 1. Trabe me post te, curramus in odorem unguentorum tuorum; Disce, inquit, per hoc verbum à me in spiritali exercitio duplex auxilium desuper sperare, correptionem, & consolationem. Altera fors exercet, altera visitat intus. Illa reprimit insolentiam, ista in fiduciam erigit. Illa operatur humilitatem, ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos, ista devotos facit. Timorem Domini docet illa, ista ipsam timorem in fuso temperat gaudio salutari, sicut scriptum est: Latetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Psal. 85. Item Psal. 2. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Trahitur, cum tentationibus & tribulationibus exercemur. Curramus, cum internis consolationibus & inspirationibus visitari, tanquam in suavolentibus unguentis respiramus.*

S. Diadochus Episcopus *lib. de Perfectione spirituali, cap. 69.* ut à vana gloria vitio liberemur, docet id effici à DEO, dum inquit: Solet principio gratia lumine suo in multo sensu animam collustrare, processu vero certaminis, sepe mysteria sua etiam in anima divina contemplanti operatur, ut nos tunc quidem latos in vestigia divinarum rerum, quas contemplamur, amittat, velut ex ignorantia ad cognitionem vocatos; in medio vero certaminis, cognitionem nostram ab inanis gloria cupiditate liberam servet. Oportet igitur dolere quidem moderate, quasi nos derelictos, quò summissiores simus, ac magis gloria Domini subiecti; letari vero opportune, spe bona exultantes. Vt enim nimis dolor animam in desperationem & dissidentiam projicit, sic nimia letitia ad elevationem provocat; de his loquor, qui sunt adhuc pueri sensu. Inter illuminationem enim & derelictionem interjecta est experientia, inter dolorem vero & letitiam spes; Expectans enim, inquit, expectavi Dominum, & intendi mihi. Et rursum: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuas latificaverunt animam meam.

Idem Auctor *cap. 90.* propter nostram humilitatem id nobis à DEO fieri scribit, dicens: igitur Spiritus sanctus in principio progressus spiritualis, si virtutes DEI servide amamus, annuit anima, ut dulcedinem divinam in omni sensu & pleiitudine sentiat, quò possit mens sanctorum laborum premium perfectum notitia exacta cognoscere: hujus vero vivifici muneris magnificentiam & amplitudinem diu deinceps nobis celat, ut quamvis ceteras virtutes omnes operentur, nihil profus nos esse existimemus, quia nondum sanctam charitatem tanquam habitu confirmatam habeamus. Sic igitur spiritu odii demon tunc plus molestia animus pugilum spirituum exhibet, ita ut eos qui inter se amant, ad odium traducatur, & usque ad osculum mortiferum odii altum deserat. Ex quo fit ut plus anima dolat, quòd cum charitatem spiritualem alioquin in memoria seruat, non tamen possit in sensu eam adipisci, propter vacationem perfectissimorum laborum.

Callianus tripartitam hujus ariditatis causam esse docet *Col. 4. cap. 3.* Tripartita à majoribus ratio nobis supra hæc, quam dicitur sterilitatem animæ, est tradita: aut enim de negligentia nostra, aut de impugnatione diaboli, aut de dispensatione Domini ac probatione descendit. Et de negligentia quidem, cum vitio nostro tempore procedente indifferenter nosmetipsos & remissius exhibentes, & per ignavam desidia noxiis cogitationibus pasti, terram cordis nostri spinas

Triplex causa sterilitatis seu ariditatis animæ: negligentia propria,

Legend. lib. 7. To. 7. Bibliothec. Theolog. sic. 2. cap. 4. f. 8. f. 9. Domini à SS. Trinitate, qui distulatus hac exp. poit.

impugnatio di. boli. & dispensatio Domini.

& tribulos facimus germinare. quibus in ea pullulantibus, consequenter efficiuntur steriles, atque ab omni reddimus spiritu alii fructu & contemplatione deserti. De impugnatione vero diaboli, cum etiam bonis nonnumquam studius dedit, callida subtilitate mentem nostram adversario penetrante, vel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahimus vel inviti.

Dispensationis divina duplex etiam causa assignatur.

Dispensationis autem & probationis duplex est causa. Prima, ut paulisper à Domino derelicti, & mentis nostre infirmitatem humiliter intuentes, super procedente puritate cordis, qua nobis est illius visitatione donata, nullatenus extollantur, probantesque nos ab eo derelictos, gemitibus nostris & industria illum letitiae ac puritatis statum recuperari non posse intelligamus, & praeteritam cordis aacritatem non nostro studio, sed illius dignatione nobis fuisse collatam, & praesentem de ipsis rursum gratia & illuminatione poscendam. Secunda vero probationis est causa, ut perseverantia nostra, vel mentis constantia, & desiderium comprobetur, & qua intentione cordis vel orationum instantia deserentem nos visitationem sancti Spiritus requiramus, manifestetur in nobis, ac praeiter agnoscens, quanto labore amissum istud spirituale gaudium & puritatis letitia conquiratur, sollicitius inventum custodire, ac tenere intentius studemus.

Superbia huius sterilitatis est causa.

Sanctus tamen Bernardus gratiae subractionem superbiae attribuit. Sermon. 54. in Cant. dicens: Superbia inventa est in me, & Dominus declinavit in terra à servo suo: hinc ista sterilitas animae meae & devotionis inopia quam patior. Non compungi ad lacrymas queo, non sapit Psalmus, non legere liber, non orare delectat, meditationes solitas non invenio. Vbi est illa inebriatio spiritus: ubi mentis serenitas, & gaudium, & pax in spiritu sancto.

Et pavidi corde: In veritate didici, nihil aequè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore coram DEO inveniamus non altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pavidus. Time ergo cum arripserit gratia, time cum abierit, time cum denuò revertetur. Hoc est semper pavidum esse. Succedant vicissim sibi in animo tres isti timores, secundum quod gratia vel adesse dignatur, vel offensa recedere, seu iterum placata redire sentitur. Cum adesse, time ne non digne opereris ex ea. Videte (Apostolus inquit) ne in vacuum gratiam DEI recipiatis. Quid si recesserit? num multo magis timeendum? Plane multo magis: quia ubi deficit tibi gratia, deficit tu. Time ergo subtrahat gratia tamquam mox casurus; time & contremisce, DEO tibi ut sentis trato. Time, quia reliquit te custodia tua.

Tres timores in hoc statu exercendi.

Nec dubites causam esse superbiam, etiamsi non appareat, etiamsi nihil tibi conscius sis; quod enim tu nescis, scit DEUS; & qui te iudicat, ipse est. Numquid qui humilibus dat gratiam, humilis auferet datam? Ergo argumentum superbiae, privatio est gratiae: quamquam interdum subtrahitur gratia, sive retrahitur, non pro superbia quae iam est, sed quae futura est nisi subtrahatur. Habes huius rei evidens documentum in Apostolo, qui stimulus carnis suae sustinebat invictus, non quia extolleretur, sed ne extolleretur. Sed sive iam existat sive nondum, superbia tamen semper causa erit subtrahente gratiae. Iam si gratia repropiciata redierit, multo magis tunc timeendum, ne forte contingat recidivam pati, iuxta illud in Evangelio: Ecce sanus factus es, vade, & jam amplius noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat. Audis, recidere quam incidere esse deterius: proinde excalescente periculo, invalescat & metus. Beatus es si cor tuum triplici isto timore repleveris, ut timeas quidem pro accepta gratia, amplius pro amissa, longe plus pro recuperata.

Argumentum superbiae privatio est gratiae.

Hoc idem argumentum latissime prosecutus est D. Bonaventura Process. 7. Relig. cap. 21. Quae tibi Seraphicus Doctor, quare DEUS subtrahat bonis & studiosis devotionis gratiam, maxime quando eam libentius haberent, & instantius quaerunt. Huius quaestioni responderet, dicens: Possunt quinque super hoc rationes assignari. PRIMAE, humiliationis; quia magis humiliatur homo cum non habet tunc devotionem quam alio tempore, & magis confunditur in seipso. Sicut saeculares plus confunduntur, si in Pascha non communicant, cum solitum est communicare ceteros, quam toto reliquo tempore. SECUNDA, purgatio peccati, quia forte per alia exercitia minus purgatus est, vel aliqua habet delicta, quae non recolit, & ut dignus accedat ad Eucharistiam, & amplius purgetur à peccatis, in hoc puniatur, in quo magis dolet; & qui dolor gravior, eo purgatio efficacior: & maxime, quia forte alio tempore minus studiose quaesivit devotionis gratiam, vel oblatam negligenter recepit, nec dignus pro ea gratias retulit, panitur modo in quo peccavit, ut tunc illa crearet cum desiderat, quam ante neglexit cum habere poterat, & caeterior de cetero in hac parte fiat. TERTIA, ut ex hoc eruditior in gratia fiat, quod à DEO fit, non ab homine, cum non potest homo pro voluntate sui arbitrii habere, sed DEUS qui dat ex se, quando vult infundit, & quando vult subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat convenire. Item, quia ex gratia sua dat, non pro meritis hominis: qui si daret semper cum quaeritur, & non daret nisi quaeretur, putaretur eam tantum dare secundum meritum, & non secundum gratiam liberaret. Ideo quandoque studiose quaerentibus negat ex iustitia, & non quaerentibus quandoque dat ex gratia.

Quinquae S. Bonaventurae rationes subtrahentis gratiae devotionis. PRIMAE, humiliationis; quia magis humiliatur homo cum non habet tunc devotionem quam alio tempore, & magis confunditur in seipso. Sicut saeculares plus confunduntur, si in Pascha non communicant, cum solitum est communicare ceteros, quam toto reliquo tempore. SECUNDA, purgatio peccati, quia forte per alia exercitia minus purgatus est, vel aliqua habet delicta, quae non recolit, & ut dignus accedat ad Eucharistiam, & amplius purgetur à peccatis, in hoc puniatur, in quo magis dolet; & qui dolor gravior, eo purgatio efficacior: & maxime, quia forte alio tempore minus studiose quaesivit devotionis gratiam, vel oblatam negligenter recepit, nec dignus pro ea gratias retulit, panitur modo in quo peccavit, ut tunc illa crearet cum desiderat, quam ante neglexit cum habere poterat, & caeterior de cetero in hac parte fiat. TERTIA, ut ex hoc eruditior in gratia fiat, quod à DEO fit, non ab homine, cum non potest homo pro voluntate sui arbitrii habere, sed DEUS qui dat ex se, quando vult infundit, & quando vult subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat convenire. Item, quia ex gratia sua dat, non pro meritis hominis: qui si daret semper cum quaeritur, & non daret nisi quaeretur, putaretur eam tantum dare secundum meritum, & non secundum gratiam liberaret. Ideo quandoque studiose quaerentibus negat ex iustitia, & non quaerentibus quandoque dat ex gratia.

Dua enim sunt tentationes devotorum satis confusa, maxime novis & imperfectis, hesitatio & elatio: hesitant enim sepe an à DEO sit tunc gratia, ut homo per se istos motus à suo conatu procuret; & est satis importuna tentatio. Aliquando etiam videtur homini, quod forte possit esse demonis illusio, & fit perplexior, quod quandoque studium devotionis cogitat omnino postponere, & simpliciter vos alius orationibus & actionibus solum intentus esse, quasi in illis sit securior, quam in studio interna devotionis: & hoc praecipue patitur, cum devotionis gratia subtrahitur, & sic dupliciter tribulatur, de subtrahente gratia, & de hesitatione si fuerit à DEO gratia, quam habeat. Sic Discipuli, ante plenam scilicet immersionem, sepe vacillabant in fide Christi, dum modo visi miracula eius & excellenti doctrina, credebant eum esse verum Filium DEI; modo, visis eius passionibus pro nobis susceptis, titubantes hesitabant, sicut eo passo, antequam certi essent de eius resurrectione, dixerunt: Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Quasi dicerent: Ab hac spe frustrati sumus. Si & post resurrectionem suam viso eo gaudebant, & dubitabant, donec per multa argumenta de veritate eius certificati sunt, maxime post ascensionem ipsius, & Spiritus sancti emissionem.

Ita & devoti Christi fideles modo gaudent de consolatione interna gratia, modo dubitant & tristantur. Ideo varie operatur in eis Spiritus sanctus, nunc illo modo, postea à alio modo: iam infundit eis consolationem, & iam subtrahit, donec pluribus indicis experiantur veritatem & utilitatem suae visitationis. Praesente gratia gaudent de consolatione, & securi sunt de veritate; absente ea, utrisque numeris solatio caerent. Sapienter autem in die malorum non immerito studet esse bonorum, quorum recordatio vocat eum à pusillanimitate spiritus & tempestate. Et hoc valet ipsi con-

Quinquae S. Bonaventurae rationes subtrahentis gratiae devotionis.

Doctrina animadvertenda.

Operi Spiritu...
T. I. II
OVI

contra istam...
fieri in die bo...
rum, per que...
more compri...
Extollantur...
laborem m...
non vident...
rem sibi gra...
tate, aut se...
fructuosius...
qui simile...
tentatione...
dilatatio...
sederatio...
num tunc...
super illa...
tationis, &...
gratia de...
ne permi...
ritu alte...
valet dil...
ru, & ne...
& rursus...
lata &...
gratia e...
ta: qu...
inemen...
gratia...
compa...
Q...
que sit...
cordis...
violen...
expriu...
potest...
plius...
devot...
scit: si...
sua...
duo &...
conf...
rioni...
rior...
elev...
tum...
du...
ma...
plei...
lat...
re...
do...
pa...
nu...
ri...
es...
el...
lt...
y...
7...
Quid...
nos do...

Quadruplex elationis ratio.
 Eiusque remedia.

contra istam primam tentationem elationis. Rursus in die bonorum non immemor fudeat esse malorum, per qua humilietur, & timore ab elationis timore comprimitur, & sic secundam tentationem sanetur. Extolluntur vero devoti quadrupliciter quia aut gloriariantur se devotionis gratiam præcedentibus studiis laboribus meruisse; aut præ ceteris qui hanc gratiam non videntur habere, se à DEO dilectos; aut maiorem sibi gratiam esse datam, quam tamen sit in veritate; aut se melius scire uti, & gravius recipere, & fructuosius impendere, & minus negligere quam alij, qui simile donum gratiæ acceperunt. Contra priorem tentationem elationis vel confians fiducia creditur atque quod à DEO sit ista gratia, & diligens consideratio ipsius gratiæ, si semper sit motus ejus ad bonum tantum, & humilis consolatio, vel consultatio super illa apud aliquem peritum & exercitatum in talibus, & prompta voluntas acquiescendi qualiter in gratia debeat se habere, & supplex oratio ad DEUM ne permittat hominem decipi à sensu proprio, vel spiritu alieno. Contra alteram tentationem elationis, valet diligens cognitio propriæ indignitatis, & reporis, & negligentis, & ingrati aditum, & inanis gloriæ, & timida expectatio reddenda rationis de gratiæ collata & neglecta, & pavida suspitatio subtrahenda gratiæ & derelictionis à DEO propter vitia prænotata: quia jamdudum causa correctionis tolerata sunt & inemendata, & studiosa consideratio aliorum, qui in gratia, in virtutibus, & in omnibus bonis studiis incomparabiliter nos præcellunt.

Quarta ratio devotionis subtrahit, cum quandoque studiosius quaritur, quia aliquando ex impensu cordis conatus libertas mentis obtruncatur, dum quasi per violentiam extorsionem accelerat affectum devotionis exprimere, & si non iuxta desiderium cordis statim potest elicere gratiam quasi am, contrahitur, & amplius ex hoc maluratur, & quod impetratus cupit se ad devotionem cogere, minus proficit, & amplius arefcit: sicut qui borros in torculari, liquor magis turbidus & vehementer comprimitur, liquor magis turbidus & insipide fluit, quam si paulatim & moderatius compressisset. Quia enim liberior, eo pinguior est devotionis affectus. Ideo alio tempore sepe est homo devotior, quia tunc spiritus sua libertati relicto se sponte elevat in sublime. Violenta namque acceleratio spirituum præfocet in corpore: morosa autem respiratio, cordis refrigeratio est. QUINARATIO potest esse meritum majoris gratiæ & gloriæ, dum desiderium non adimpletum affligendo purgat animam, & patientia de solationis, & humilis sufferentia majoris quasi lona reddit animam clariorem & magis susceptibilem splendoris scilicet divini, & amplioris gratiæ gloriæque capacem: vultus enim DEI & fulgor claritatis DEI non omnibus equaliter semper fulget, sed quanto purior est anima, & à vitio liberior, magis capax lucis est & illuminationis de super effluens; sicut vitrum clarum vel met allum bene limatum & politum, ad vios luminis amplius recipit & splendens efficitur. Quia igitur afflictio lima est anima, que rubiginem vitiorum abradit, vel detergo peccato, quod sua obscuritate radios divini luminis & fulgoris velut obex anima excluderat, lucem gratiæ recuperet; purgat DEVS alio quando corda devotorum per subtractionem illius consolationis, cujus carentia maxima est ess afflictio, ut sic purgati aptiores fiant abundantioris gratiæ percipiendæ in præsentia, & gloriæ in futuro, etiam si hanc afflictionem specialis culpa merito non contraxerit.

subtractione consolationis interna, scilicet de minimis beneficiis gratias agere, & minimas quolibet culpas & negligentias timere vel cavere, & adversa quæque discimus patienter tolerare. De opulenta mensa multum abundans diversis consolationum donis, plurima beneficia DEI sine debita gratiarum actione præterit, plurimas gratias sponte oblata negligit opere exercere, plurima parva reputat quæ magna sunt, plurima nec agnoscit; sed his omnibus subtractis, sicut vir vultus pauperi atem suam, recolat quantum prius habuit, quæ potuit habere, quæ jam non habet, & sicut mendiculus famelicus modicam buccellam gratiam accipit, & studiose colligit fragmenta, qui prius delicia à fercula parvi fecit. Colligite fragmenta ne pereant.

His divine gratiæ subtractionis causis possimus etiam breviter alias annuere, Primus, DEUM ex amorosa quadam indignatione aliquando subtrahere amicis suis hanc devotionis gratiam. Est enim divinus amor maximo zelo plenus, quare non potest sustinere, quod anima extra DEUM peregrino aliquo afficiatur amore, aut in aliqua creatura inordinatè quiescat; quia tunc si iudicium aliquod hojns peregini amoris præsentiat, tunc ostendens indignationem quam habet, abscondit se ab animæ aspectu, ut eò melius ipsa suam culpam agnoscat. Secunda causa detractionis illa est, ut anima agnoscatur gratiam non propriis meritis, non jure hæreditario, quam propriam aut permanentem possidere, sed ad tempus & pro DEI beneplacito sibi liberaliter concedi, & ita parata sit & gratiæ abundare, & penuriam pati: egregie Bernardus Serm. 21. in Cant. his verbis docet: Vide sine illam qui in spiritu ambulat, nequaquam permanere in uno statu, nec eadem semper facilitate proficere, & quod non sit in homine vita ætas, sed quemadmodum ei spiritus moderator prout vult dispensat, nunc segnis, nunc alacrius, quæ retrò sunt oblivisci, & ad interiora sese extendere. Puto quod hoc ipsum si attenditis, vestra vobis experientia intus responderet, quod ego fors loquar. Ergo cum te torpore accedat, vel radio affici sentis, noli propterea disfidere, aut desistere à studio spirituali, sed juvenis require manus, trahite obsecrans sponsa exemplo, donec donum suscipiente gratiæ factus promptior alacriorque curras, & dicas: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Sic autem quamam adesse gratiæ, delectare in ea, ut non te excuties donum DEI jure hæreditario possidere: quia videlicet securus de eo, quasi nunquam perdere possis: ne subitò, cum forte retraverit manus, & subtraxerit donum, tu animo concidas, & tristior quam oportet fias.

Denique, ne dixeris in abundantia tua, Non movebor in æternum; ne etiam illud quod sequitur dicere cum gemis quidem cogaris: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Curabis potius (si sapias) pro consilio sapientis in die malorum non immemor esse bonorum, atque in die bonorum non immemor esse malorum. Ergo in die virtutis tuæ noli esse securus, sed clama ad DEUM cum propheta, & dic: Cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Porro in tempore tentationis consolare, & dic cum sponsa: Trabe mo post te, in odorem unguentorum tuorum curremus. Sic te non deseret spes in tempore malo, nec in bono providentia deerit: eris, inter adversa & prospera mutabilium temporum tenens quamdam æternitatis imaginem. Vtique hanc inviolabilem & inconcusam constantis animi qualitatem, benedicens Dominum in omni tempore, promittens, vendicans tibi, & in hujus nunciatibus

Quid nos do. His rationibus addit aliam idem S. Doctor Process. 4. Relig. 10. dicens: Tria autem discimus in Thom. à Iesu Oper. Tom. II.



bilis saeculi dubiis eventibus, certisque defectibus perennis quodammodo incommutabilitatis statum, dum te capere renovare & reformare in insigne illud antiquum similitudinis aeterni DEI, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quippe sicut ipse est, ita & tu eris in hoc mundo, nec in adversis timidus, nec in prosperis dissolutus.

Tertia causa, quia cum natura interdum nimis debilitetur per sensibilem devotionem atque amorem, praecipue quando influxus Spiritus sancti est valde violentus, & ex alia parte homo est valde sollicitus ut satisfaciatur influenti gratiae; tunc necesse est, nisi magna prudentia regatur, naturam debilitari & laedi, praesertim circa cor, ubi desideriorum impetus vitalem sanguinem cordis magis facit ebullire. Quare Spiritus sanctus tunc moderatur impetum & ardorem divinae influentiae, ut natura integre refocilletur, & iterum confortata hilarior ad novam Spiritus sancti influentiam suscipiendam reddatur.

Quarta & ultima causa, ut homo experientia ipsa probeatur, an ad tantam strenuitatem profecerit, quod carere sciat sensibili & spirituali consolatione, & DEO suis expensis amoreque nudo inservire.

CAPUT XIII.

De tentationibus quae ex gratia sensibilis subtractione incipientibus evenire solent.

NON solum DEUS Incipientibus spiritualis gratiae influxum subtrahit, verum etiam non raro eos exponit omni tentationum generi, denegando etiam eis auxilia sensibilia (ut ita dicam) ad sustinendum, quamvis protectione & gratia sua secretim non desistantur. Sunt igitur aliquando horum tentationes ineffabiles, & de rebus ita turpibus & obscenis, quales ipsi numquam cogitarent. Exponuntur praeterea tentationibus aliis diabolicis, oblationis inquam, blasphemiae, infernalis invidentiae, odii DEI, & similitum; de quibus vix aliquando crederes Christianum aliquem tentari posse. Sed ut aliquam seriem in referendis his tentationibus teneamus, ea non incommode possumus ad septem spiritualia vitia redacere: nam in primis inveniuntur in his tam tempore affluentis gratiae, quam illius absentiae superbia spiritualis, fornicatio, avaritia, invidia, aecidia, ira, & denique gula. De quibus suo ordine dicemus, dictum deinde de vi ac efficacia, qua daemon tentare solet huiusmodi homines.

Vid. B. P. Joan. à Grace lib. 2. notis obscura cap. 5. & 7.

In primis, spirituali superbia sunt pleni huiusmodi homines, cum ceteros simili gratia affluentis temere despiciunt, ac propterea, cum ob proprios defectus & vitia propria in seipsis confundunt, sed in omnibus sibi parcere, sese palpare & excusare, neque umquam ulla in re succumbere volunt. Inde etiam evenire solet superbia hac inflatis hominibus, ut pluribus, nedum inutilibus, sed etiam noxiis verbis ad se excusandam utantur, & ad omnia velint satisfacere, quasi ipsi in omnibus essent impeccabiles.

Spirituali etiam fornicatione sive luxuria fradantur. Voco spiritualem fornicationem, cum quis seipsum immodice querit, multoq; cum desiderio ad sensibiles devotionis affluentiam inhiat, cupitque perpetuo suo arbitrio pasci, ac libertati relinquatur, ut nemo ipsum ausit corrigere, ne labor

rem debitum exequi cogatur, semperque in privatis quibusdam ac singularibus, quis ipse sibi elegit, peccatis ac exercitiis permanere queat. Cum vero in his non possit desiderata dulcedine possideri, totus perturbatur, ac male habet, si quae impatienter etiam in rebus modicis quae illi accidunt; ac queritur gravia damna & graves tentationes sustinere, quando pace sua intus pro suo voto ac delectatione frui non potest.

Spiritualis vero avaritia illa est, dum quis plura semper appetit, quam sibi in huius peregrinationis itinere necessaria sunt. Cur autem plura secum peregrinus in via deserte velit, quam quibus ad propria commodè emeare queat? Quae sicut in exteriori paupertate ingens macula est, aliquid ultra necessaria appetere, ita in interioris spiritus paupertate. Velle semper sensibili gratia abundare, vel abundantior em ea, quae necessaria est ad aeternae vitae executionem, habere, proprietatis aut avaritia spiritualis est.

Quarto, in spiritualis etiam gula vitium incurrit, qui gratiae & sensibili devotioni ita adherent, ut semper vellent epus abundantia inebriari & absorberi, adeoque gulosi sunt dulcedine illa, quae quotidie perfervuntur, ut se nulla alia re velint occupare, neque propriis obligationibus studere, nec demum addiscere, quomodo sibi ipsi mori debeant, & virtutes comparare, aut divinam voluntatem cognoscere ad eam exequendam, in quibus vera perfectio consistit, sed potius paulatim requiem & consolationem (tam in sensibili devotione constituunt. Unde fit, ut quotidie magis gulosi, immortificati, ac DEO minus accepti evadant.

Ita praeterea, absente gratia sensibili, afflicuntur, facilique negotio in alios exandescunt, ac aliquid non solum verbis, sed etiam operibus graviter offendunt. Ad absentiam quoque amotis & devotionis sensibilis aliquando magnam accediam & pusillanimitatem incurrit, ita ut vix sibi ullam ad debita obsequia peragenda vim inferat; aliquando contra DEUM murmurantes, quod tam dura servitia, etiam assidue, ab eis requirant.

Ac demum invidia sibi non carent, si alios vident majores illis apud homines existimari.

Huiusmodi igitur tentationes, & si quae aliae sunt (sunt autem plurimae, de quibus cap. sequenti) tanta vi ac violentia hominem desolatum impugnant, ut ei videatur elatae in eas consentire. Nam quamvis in superiori parte intellectus ac voluntas aliquam sentiant resistentiam & contrarietatem, adeo tamen obtinebrantur pressantibus quibus opprimuntur, ut nullam etiam in parte superiori resistentiam animadvertere valeant: ignorant enim ob defectum lucis, hanc angustiam cordisque pressuram omnino provenire ex pugna, quam in superiore mentis parte contrariam tentationem habent, quamvis alias homo inferior penitus consentire videatur. Cujus rei ea est conjectura manifesta, quia si omnes vires animae tentationi consentirent, illum cõsuetum, aut pressuram minime sentirent; imò potius ad graviora peccata, maxime ad carnis oblectationes & commoda, declinarent: à natura enim insitum est omnibus in tribulatione constitutis, exteriorum consolationem libenter querere, nisi à Spiritu sancto protegantur. Solet autem DEUS huiusmodi perplexitate Electos & amicos suos probare, quia considerans illos nulla adyersitate, aut tribulatione

Operi Spiritu
T. I. II
OVI

tione, quant
rei aut con
per DEUM
nisi dum
tum contr
peccatum
mbar occ
purgari pe
Interdu
rom viole
qui eis affi
multum a
DEUM
impollus
de la dan
gnit qu
subtrahi
nem rei
tionibus
recuper
rituali si
impatie
spiratio
eorum
pollit
do in n
maz vi
refiste
ut sibi
ex his
ratio,
invid
nare,
mni c
venia
malit
spicit
fetic
causa
illa u
gna
lis, l
un
rior
me
Na
na
tia
mi
pa
lu
D
in
fa
p
x
Confu
lend. no
fret Ph
lipp. i.

tione, quantumlibet magna & multiplex, deter-
rent aut contritari posse (ut qui ad majora pro-
priet DEUM toleranda semper inveniatur para-
tus) nisi dumtaxat illa, quæ obdurationem, inviden-
tiam contra DEUM, aut ab illo aversionem per
peccatum præ se fert; ideo ejusmodi impugnationibus oculissimum suo iudicio eos probari ac
purgari permittit.

Interdum etiam contingit, tentationum ista-
rum violentiam ex indictione aut defectu eorum
qui eis afficiuntur, proficiscuntur in his qui naturam
multum activi & vehementes sunt, in interiori ad
DEUM conversione tam vehementes fit eorum
impulsus, ut inde cor ceteraque corporis vires val-
de lædantur ac vulnerentur, ut supra diximus. I-
gitur quando coniungit devotionem à DEO ipsis
subtrahi, volentes per vim subtractam devotio-
nem recuperare, valde indidere: è violentis aspira-
tionibus exercentur. Quotò verò amplius pro
recuperanda hac laborant, eò magis ab omni spi-
rituali sensu longiores fiunt, tandem ex quadam
impatientia in tam magnum tamque violentum a-
spirationis impetum aliquando prorumpunt, quo
eorum cor ita indispotum redditur, ut postea vix
possit reformari. Unde apparet his, quodammo-
do se non habere potestatem supra inferiores ani-
mæ vires, quæ in corde radicanur, imò nec ullam
resistentiam in vitia scilicet aut concupiscibili, ita
ut sibi in omnibus consentire videantur. Oritur
ex his in eorum animis magna tribulatio, despera-
tio, obduratio, obsecratio, perveritas, infernalis
invidentia, quæ in inferiori homine videntur reg-
nare, quamvis in superioribus viribus, quæ ab om-
ni corporeo vinculo liberae sunt, displicentia in-
veniatur: nam vis animæ superior, tentationem &
maliitiam in inferioribus viribus regnantem con-
spicit, ac quod inferios: veluti victæ huiusmodi
fœtidis diabolicisq; tentationibus jacent, eaq; de
causa infallibili pressura ac afflictionibus portio
illa superio: obcurur, inde jam oritur in ipsis ma-
gna cordis amaritudo & tedium, ita ut & sibi ip-
sis, & omnibus cum quibus conversantur, effici-
antur valde onerosi, incipiuntq; pro sua indifere-
tione pœnas luctes poterunt tamen multum in his
mereri, si patienter ac longanimiter sustineant.
Nam quamvis in impetu & violentia illius mag-
nae pressuræ, aut infernalis invidentia atque mali-
tia, sui non esse compotes videantur: transacto ta-
men illo, dolere debent secundum superiorem
partem de omnibus defectibus commissis, & vol-
untatem suam in divinam resignare, orando
DEUM ut sibi de præteritis ignoscat, & protegat
in futuris imminenti periculis.

Sed quia alicui, quæ diximus, incredibilia for-
san videri possent, mirabile B. Angelæ de Fulgino
purgationis & tentationum, quas illa passa est, e-
xemplum sequenti capite 15. adjiciam.

CAPVT XIV.

De aliis quibusdam extraordinariis purga-
tionis modis, quibus etiam Incipientes
à DEO probari aliquando solent.

NON sine singulari divina providentia solet et-
iam DEUS permittere, ut anima viam pur-
gativam supernaturalem ingressa, insolitis modis
quoad internos & externos sensus purgetur. Ali-
Thom. à Iesu Opus. Tom. II.

quando enim visui horrenda spectra diaboli-
ca non solum in somniis, sed & in vigiliis; non solum
aperitis, sed & clausis oculis objiciuntur, quæ nul-
lo modo effugere potest. Quandoque tremendos
fragores, ululatus, rugitus, grunnitus animalium
ferocium omnis generis audit. Aliquando olfa-
ctus sulphureis factoribus & infernalibus dimul-
simè vexatur. Nonnumquam gustus amaritudini-
bus molestissimis afficitur, neque ullum in cibo
potuq; saporem, aut vel minimam oblectationem
reperit. Denique tactus variis modis affligitur:
quandoque enim verberibus demonum multo-
formiter cruciatur, aliàs per membra corporis be-
stia fœtidissima subeunt, uti serpentes, & bes-
ones, & similes, cum ingenti sensualitatis abomi-
natione & repugnantia. Imaginatio etiam spur-
cissimis luxuriæ imaginibus ad vivum depingitur
cum omnimoda partis inferioris inflammatione,
etiam in exercitiis, locis, ac temporibus sacratio-
nis. Intellectus spiritu infidelitatis, voluntas spiri-
tu odii ac blasphemie in DEUM ac desperationis
torquetur, & innumeri aliis modis patri sensu i-
væ hominis exercentur permittente DEO, ut purificetur,
& ad divina charismata recipienda dignior
fiat. Eò enim anima aptior ad capeffenda divina
redditur, quò purgatur & purior invenitur; ad
mensuram enim divinæ purgationis, lucis & amoris
abundantia conceditur.

He & alia similes purgationes non æqualiter
omnibus evenire, neque omnes similes, neque æ-
qualiter durare solent; aliqui enim hac, alii illa, alii
ferè omnibus exercentur: quidam duobus tan-
tum annis, sicut beatus Franciscus; alii decem, sicut
ut legitur de Henrico Sufone; alii septemdecim, ut
B. Maria Aegyptiaca; aliquando octodecim, sicut
B. Mariæ nostræ Teresie contigit, pro divino be-
neplacito mirabiliter purgantur.

Vid. B.
P. Joan. à
Cruce
lib. 2. no-
tius obscu-
ra cap. 23

CAPVT XV.

Exemplum mirabilis purgationis B. AN-
GELÆ DE FULGINIO.

POST QUAM B. Angelæ in principio suæ conver-
sionis divini fontis dulcedinem ac miram DEI
suavitatem tam in corde quam in corpore exper-
ta est, DEUS illius fidelitatem probare ac experi-
ri volens, eam spiritualibus nequitiis, veluti alter-
rum Job, tentandam, non sine divina providentia
multis modis permisit, quo: eisdem verbis, qui-
bus Auctor ejus Vitæ narravit, scribam. Igitur ille
Cap. 19. ita inquit:

Ne magnitudo aut multitudo revelationum
& visionum me extolleret, & ne earum delecta-
tio me super me efferret, datus est mihi multiplex
tentatio, qui multiplici tentatione & afflictione
me affligat. Affligor enim tam in corpore & ani-
ma ab eisdem, Corporis enim sunt tormenta in-
numera, à multis dæmonibus multipliciter exci-
tata. Vix enim credo, quòd scribi possent passiones
& infirmitates mei corporis: nam non remanet
in me aliquid membrum, quin horribiliter pa-
tiatur. Numquam enim sum sine dolore, sine lapa-
guore; continuè sum debilis & fragilis, plena do-
lore, sic quòd continuè oportet me jacere. Non
est in me membrum, quod non sit percussum,
torcum, & pœnatum à dæmonibus, & semper
sum infirma, & semper tumefacta, & plena dolo-
ribus in omnibus membris meis, sic quòd cum

Legend.
nost. Bal-
thasar in
Cap. 1.
mansonia
6. Castelli
anima. S.
M. Tere-
sæ splen-
dore uni-
co.

magna pœna possum me movere, & sum fatigata jacere, nec etiam comedere ad sufficientiam possum.

Tormenta verò animæ & passiones (quas sine cōparatione acerbiores & plures esse dico quàm corporis) patior quasi assidue ab ipsius dæmonis. Nec scio aliam assignare similitudinem, nisi de homine suspensio per galam, qui ligatis manibus post tergum, & velatis oculis suspensus cum fune remansisset in patibulo, & viveret, cui nullum auxilium, nullum remedium vel fulcimentum remansisset. Et dico, quòd adhuc desperatius & crudeliùs à dæmonibus torqueor. Video enim quòd dæmones ita animam meam suspendunt, quòd sicut suspensus non habet aliquid sustentamenti, ita animæ nullam videtur remanere sustentamentum, & omnes virtutes animæ subvertuntur, sciente & aspiciente anima mea. Et quando anima mea videt subverti omnes virtutes, & discedere, & quòd non potest se ibi opponere, est tātus dolor animæ, quòd vix aliquando possum plorare propter desperatum dolorem & iram: aliquando verò irremediabiliter. Aliquando etiam tanta ira venit in me, quòd vix possum me tenere, quin me totam dilaniem. Aliquando verò non possum me tenere, quin horribiliter me percutiam, & percutiendo meis fam, tumesci aliquando caput meum, & alia membra. Et quando anima videt cadere & discedere omnes virtutes, fit planctus animæ, & vociferor ad DEUM meum.

Item aliud tormentum patior, quia omnia vitia in me revixerunt, & aliquando reviviscunt, nō quòd sint in vita durabili rationem meam subjicientes, sed præbent mihi & afferunt magnam penalitatem. Et etiam vitia, quæ nunquā fuerunt in meo corpore, veniunt in me, & incenduntur & afferunt mihi magnam penalitatem: sed non habet vitam continuam; & quando remoriantur, dant mihi magnam consolationem. Video enim, quòd dæmonibus multis tradita sum, qui reviviscere faciunt vitia quæ horreo, & quæ fuerunt mortua, & addunt illa, quæ nunquam fuerunt. Et ego recordans quòd DELUS hic fuit afflictus, & despectus, & pauper, vellem quando oportet, quòd omnia mala mea duplicarentur. Et quando que sum in tenebra horribilissima dæmonum, ubi videtur mihi omnino deesse omnis spes boni; & est illa tenebra horribilis: & suscitatur vitia in corpore, quæ cognosco intus in anima esse mortua, sed extra animam suscitatur ea dæmones; & etiam illa vitia, quæ non fuerunt, suscitantur.

Et in corpore ad minus patior in tribus locis: nam in locis verecundis tantus est ignis, quod consuevi apponere ignem materialem ad extinguendum alium ignem concupiscentiæ, donec Confessor mihi prohibuit. Tunc cum sum in illa tenebra, credo quòd citius eligerem asari, quàm prædicta tunc pati: imò tunc clamo & advoco mortem, ut per quemcumque modum mihi eam DEUS concederet evenire; & tunc dico DEO: Domine, si me debes mittere in infernum, ne differas, sed subito facias; & ex quo me dereliquisti, comple & submerge me in profundum. Et intelligo tunc, quòd id est opus dæmonum, & quòd illa vitia non vivunt in anima; quia anima nunquam consentit eis, sed corpus patitur violentiam, & est tantus dolor & tedium, quòd si duraret, corpus pati id non posset.

Sed & anima videt quòd est ei ablata omnis potentia, quāvis non consentiat vitis, non tamen habet potestatem omnino resistendi vitis, &

videt quòd est contra DEUM, & sic cadit, & torquetur in eis. Et est quoddam vitium pervissum à DEO venire in me, & quod nunquam fuit in me, sed aperte & manifestè cognosco, quòd permittitur à DEO venire in me; & prædictum vitium est tam magnum, quòd superat omnia alia vitia, & est quædam virtus, quæ datur mihi manifestè à DEO contra prædictum vitium, qua virtuosè à DEO liberor. Et si non haberem ego fidem de DEO certam, solum in isto, & non pro aliquo alio remaneret mihi; & in isto remaneret mihi sperca & secura, de qua non possum dubitare, & virtus prævalet semper, & vitium deficiit; & virtus tenet me, & non permittit me cadere in vitium. Et est virtus tantæ fortitudinis, quòd non solum tenet in me, imò dat mihi tantam fortitudinem virtutis, quòd verè in isto cognosco DEUM, & illuminor, & confirmor in tantum, quòd omnes homines mundi, nec omnia dæmonia inferni, nec aliqua alia res est, quæ posset me movere ad minimum peccatum; & cum ista virtute remanet mihi fides de DEO. Vitium autem est tam magnum, quòd verecundor illos dicere, & est tam magnum istud vitium, quòd quando prædicta virtus est mihi abscondita, & videtur mihi quòd me dimiserit, non est res, quæ me posset tenere, nec pro verecundia, nec pro pœna aliqua, quin statim tuerem in peccatum; tunc tamen supervenit illa virtus, & virtuosè me liberat, ita quòd nec ego ipsa possem peccare pro omnibus bonis vel malis istius mundi. Et istos labores sustinui per duos annos, & plus.

Item in anima mea consuevit pugnare quædam humilitas, & quædam superbia tædii grandissimi. Humilitas est, quia video me cecidisse ab omni bono, & video me esse extra omnem virtutem, & extra omnem gratiam, & video in me tantā multitudinem peccatorum & defectuum, quòd non possum cogitare, quòd DELUS de cetero veli mihi miserere; & video me domum diaboli, & operatricem & credulam dæmoniorum, & video me filiam eorum, & video me extra omnem rectitudinem & extra omnem veritatem, & dignam infimo & ultimo profundo inferni. Et ista humilitas prædicta non est illa humilitas, quam aliquando habeo, quæ facit animam meam esse contemptam, & facit animam venire in cogitationem bonitatis divinæ: quia alia humilitas prædicta, non adducit mihi nisi innumerabile malum. Unde intus in anima videtur mihi, quòd sum tota circumdata dæmonibus, & video defectus in anima & corpore, & est mihi clausus DEUS & absconditus in omni potestate & gratia, ita quòd nullo modo possum recordari Dei, nec ipsius habeo memoriam, quia nec ipse permittit; & videndo modo damnatam, non curo aliquo modo de damnatione mea; quia plus curo & plus doleo quia offendi Creatorem meum, quem nollem offendisse, nec offendere, pro omnibus bonis & malis quæ possent nominari.

Unde & videndo offensiones meas innumerabiles prædictas, pugno cum omnibus membris meis, & contra dæmones, ut possim vincere, & prævalere contra prædicta vitia & offensiones, & non possum per aliquem modum omnino; & etiam non invenio aliquod vadum, nec aliquam fenestrellam, nec aliquod omnino remedium, per quod possum evadere, & me adjuvare; & perpendo quòd ego cecidi ita profundè, unde & humilitate frequenter sum inabyssa, & facit me videre

peccata n
meorum e
posse man
modum. I
& peccat
nuda per
re ad col
est illa m
ne, & ten
Faciebat
facieban
comedo
gala &
quòd n
mihi, &
cebam
facieba
perper
Vic
malit
lia sup
abomi
oratio
diabo
nima,
bebat
quòd
posse
te, q
scor
& si
mea
ad il
eis: l
vos,
li, n
nia
per:
tor
abi
re.
id
ve
R
&
ju
q
u
l

peccata mea & superabundantiam malitiarum mearum & iniquitatum, ita quod non video me posse manifestare, nec discoperire ea per aliquem modum. Ut eas simulationes & iniquitates meas, & peccata mea possem manifestare, & vellem ire nuda per civitates & plateas, & vellem appendere ad collum meum carnes & pisces, dicens: Hæc est illa mulier vilissima, plena malis & simulatione, & feminatrix omnium victorum & malorum. Faciebam enim bona ad famam hominum, & faciebam dici omnibus, qui invitabant nos, non comedo pisces, nec carnes, & ego eram plena gula & comestatione, & ebriosa; & ostendebam quod nolēbam recipere, nisi quantum sufficiebat mihi, & studebam esse pauper exterius; & ubi jacebam, projiciebam multos pannos, & de mane faciebam eos lavari, ne personæ venientes hoc perpendent.

Videte animæ meæ diabolum, & cordis mei malitiam; audiat quomodo sum hypocrita & filia superbiæ, & quomodo sum deceptrix, & sum abominatio DEI. Et ostendebam me esse filiam orationis, & ego eram filia iræ, superbiæ, & filia diaboli. Et ostendebam me habere DEUM in anima, & consolationes divinas in cella; & ego habebam diabolum in anima & in cella. Et teneis quod toto tempore vitæ meæ studui, quomodo possem habere famam sanctitatis; & sciatis in veritate, quod propter malitias & simulationes, quæ absconde sunt in corde meo, multas gentes decepti, & sum homicida multarum animarum, & animæ meæ. Et postea stando in ista abyssu, vollebam me ad istos fratres meos, qui dicti sunt filii, & dicebam eis: Nolite mihi de cetero credere; nonne videtis vos, quod sum damnata? Vos, qui dicti estis filii, rogate istam justitiam DEI, ut exeant demonia de anima mea, & manifestent nequissima opera mea, ut non amplius vituperet DEUS per me; & nonne videtis, quod si non esset malitia in toto mundo, ego repterem totum mundum de abundantia malitiæ meæ? Nolite mihi plus credere. Nolite plus adorare idolum istud: quia in isto idolo latet diabolus, & omnia, quæ locuta sum vobis, fuerunt falsa verba, simulata, & diabolica. Rogate istam justitiam DEI ut cadat hoc idolum, & frangatur, & manifestentur opera diabolica ejus, & mendacia, & verba inorpellata & inaurata quæ dicebam; quia deaurabam me verbis divinis, ut essem honorata & adorata pro Deo. Rogate ut diaboli exeant de isto idolo, ut non plus decipiat mundus per istam feminam.

Unde rogo Patrem DEI, quem nominare non audeo, quod si non manifestati me per membra ipsa fecerit, quod faciat me manifestati per terram, ut aperiat & deglutiat me, ut facta in exemplum dicant homines & mulieres: O quomodo erat inorpellata & deaurata, & tota simulata, interius & exterius. Et vellem mittere in collum meum vinculum, vel unam redortam, & facerem me trahi per civitates & plateas, & pueri ducerent me, & dicerent: Hæc est vilissima illa mulier, quæ toto tempore vitæ suæ ostendit falsum pro vero: & homines dicerent ac mulieres: O ecce miraculum quod fecit DEUS, quia fecit per semetipsam manifestati, & dici malitias, & iniquitates, & peccata, quæ toto tempore vitæ suæ fuerant absconsa.

Sed istud dicere, parum sufficiebat animæ: & sciatis quod sum posita in una desperatione, quod nunquam habui isto modo, quia omnino desperavi de DEO, & de omnibus bonis ejus, & feci

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

chartam inter me & ipsum. Et idem sum cæca, quod non est aliqua persona in mundo ita plena omni malitia, & damnanda, sicut ego sum: quia quidquid DEUS mihi concessit & dedit, ad majorem meam desperationem & damnationem permisit. Unde rogo vos omnes, ut rogetis istam justitiam DEI, ut non plus tardet extrahere demonium de isto idolo, & manifestentur nequissima opera, quæ intrus sunt, quia caput meum dividitur, corpus deficit, oculi mei taligaverunt: propter multitudinem lacrymarum, & omnia membra mea disjunguntur, quia non possum manifestare malitias meas & mendacia animæ meæ; sed gaudeo, quia jam incepit aliquid manifestari, & omnia ista sine humilitate vera esse in veritate videbam; & scias quod tu, qui scripsisti, parum scripsisti in comparatione malorum meorum, & iniquitatum & abusionum mearum: quia quando eram parvula, incepit operari mala.

Hæc & his similia cogor dicere, prædictâ humilitate abyssata & depressa. Postea incipit superbia: quæ efficit tota ira, tota superbia, tota tristitia, tota amarissima & inflata, & aliam amaritudinem maximam recipio de bonis, quæ fecit mihi DEUS, quia non recordor illorum ad aliquod remedium, sed ad injuriam, & ad admirationem dolorosam. Videlicet, quomodo in me nunquam potuerit esse aliqua virtus, & dubito, quod nunquam in me fuerit verax, & etiam non video aliquam rationem quare DEUS hoc permisit. Et tunc in ista tentatione omne bonum est mihi absconsum & absconditum, quia efficit in tantum tota ira, tota superbia, tota tristitia, tota amarissima, tota inflata, & penata & dolorosa plusquam possum dicere. Quia si omnes sapientes de mundo, & omnes Sancti Paradisi loquerentur mihi omnes consolationes ad consolandum me, & promitterent mihi omnia bona, quæ dici possunt, & etiam ipse DEUS daret mihi, nisi ipse aliter me mureret, vel nisi aliter operaretur in anima, nullam consolationem mihi darent, nec aliquod remedium mihi afferere, nec eis tunc credere, imò omnia essent mihi ad augmentum dolorum & malorum, & darent mihi majorem iram, & admirationem, & tristitiam, & dolorem plusquam possum dicere.

Unde pro commutatione prædictorum tormentorum & tentationum, & ut DEUS auferret à me prædicta, ego libenter eligerem & vellem omnia mala & infirmitates omnes, & omnes dolores qui sunt in omnibus corporibus hominum, sustinere, & credere quod leviora & minora mala mihi essent, quam prædicta tormenta. Unde pluries dixi, quod pro commutatione prædictorum tormentorum, ego eligerem omne genus martyrii sustinere. Et incepit iste prædictus status istorum tormentorum & tentationum aliquanto tempore ante Pontificatum Papæ Cælestini, & duravit plusquam per duos annos, in quibus sæpè sum tormentata, & adhuc non sum perfectè neque plenè curata, quamvis parum modò sensam aliquando ex erui, non tamen interius.

Sed modò, postquam fui in isto statu, cognosco, quod inter prædictam humilitatem malam & prædictam superbiam, est maxima purgatio & purificatio animæ. In his enim, & per illam, humilitatem veram acquirō, sine qua nullus homo salvatur: & quanto major est humilitas, tanto major est purgatio animæ. Unde cognosco, quod inter prædictam humilitatem & superbiam comburitur & martyrizatur anima mea. Et propter

cognitionem offensionum & defectuum, quam per prædictam humilitatem anima adipiscitur, anima purgatur à superbia, & à dæmonibus: & propterea, quænto anima magis afflicta, & depauperata, & humiliata est interiorius, tanto magis aptatur, & purgatur, & purificatur, ut magis elevari, nisi quantum humiliatur, & profundius in humilitate complantatur & radiceatur. Hactenus B. Angela.

CAPVT XVI.

De aliis tentationibus in via purgativa
contingentibus, ex doctrina
D. Bonaventuræ.

Vid. **S**ANCTUS Bonaventura, rerum spiritualium discretio- nis dono conspicuus, *Process. 4. Relig. à cap. 1. usque ad 10.* lex enumerat tentationum species siue gradus, quibus DEUS purgare, erudire, & exercere solet. Incipientes, ut ad altiora ferventiùs contendunt, quæ etiam aliquando in Proficientibus inveniunt solent, quas satis aptè comparat illis, quas passi sunt filii Israel cum transirent per desertum. Placuit autem propriis huius sanctissimi viri verbis omnia, quæ circa hanc materiam scripsit, hic inferere.

Benignus (inquit) DEUS, cujus deliciae sunt esse cum filiis hominum, libenter impartitur has delicias suas servis suis fidelibus ab adolescentia sua, id est, in novitate conversionis. Sed heu! postea quosdam eorum sentit contumaces, quando ex consolatione spirituali elati ceteros despiciunt, & in torporem versi, dum famam laudis desiderant, jactantia vitio depravantur, & hypocritæ fiunt: & dum meliores videri laborant, quam sunt, DEO se opponunt, gloriam DEI sibi temere usurpantes. Bonus autem DEUS sciens, quantum utilis est homini tentatio & tribulatio, prius ei ostendit consolationes dulcedinis, quibus postmodum in tentatione confortetur ne deficiat, & alliciat, ut semper ad eas redire desideret, nec desistat eas requirere, donec denuò recuperet quod amisit. Sic laboranti in via, prius copiosa paratur refectio, ne illius labore deficiat. Sic columbæ longius emittendæ, prius nutriuntur tritico cum melle, ut cum longè emisse fuerint, semper illuc redire contendant, ubi delicate se esse pastas reminiscuntur. Sic prius Petrus in montem excelsum seorsum ducitur, ubi gloriam transfigurationis Christi videat, ut postea à satana expetitus ut cribraret eum, in tentatione recoleret memoriam prioris dulcedinis quam expertus erat, & redire ad Dominum, quem tam amabilem senserat, ne dissidens & deficiens desperaret. Sic filiis Israel prius manna datur in deserto, ne postea longo itinere & certamine fatigentur.

De prima specie tentationum.

§. 1.

MULTA sunt tentationum species. Prima est, subtractio & inopia devotionis: alia sine ista nullam vel minore virtutem habent, cum ipsa devotio sit quasi domus refugii ab omni tribulatione sicut David dicit: *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.* Item: *Si confi-*

stant adversum me castra, &c. Subtractio ergo tam singulari refugio, quodammodo inermis expositus est hostibus tentationum, & ideoavidus efficitur & pusillanimis, nisi fidei & spei firmitate lemuniar, & patientia & humilitate se defendat, quæ tunc maximè habent locum exercendi se, & magnam gloriam promerendi. Fides autem probatur, si jam credit vera esse, quæ jam debuit per gustum dulcedinis experiri. Dulcia nimis sunt omnia, quæ de DEO gustamus, sed gustus eorum ideo subtrahitur bonis, ut fides magis innitatur auctoritati Scripturæ quam experientia, & magis ex hoc meritoria sit. Spes probatur, si confidat DEUM sibi esse propitium, etiam dum flagellat, & ita studeat studiose servire & placere in omnibus, ac si sentiat & videat eum sibi esse placarum. Unde Abraham laudatur, quia contra spem credidit divinæ promissioni, & non hesitavit diffidentia. Certe si scias, quod quæcumque promissit DEUS, potens est & ficere, Patientia probatur, si non murmuret contra DEUM, quasi ex sua duritia hominem tribulet & desoleat, & si longanimitè sustineat beneplacitum DEI, & non deficiat in adversis. Humilitas probatur, si cogitet se dignè puniri, quasi quod indignus est consolatione spirituali, & si iustificet DEUM, quod iuste iudicavit puniendo eum & ingratum, privando eum beneficio consolationis intertæ. Tantum nobis debet DEUS placere, & tantum debemus DEUM diligere quando nos punit, sicut quando coniolamur: quia tam pia intentione nos punit ut purget, sicut dum blanditur ut conioletur; ideo Apostolus ait: *Quis enim filius, quem non corripit pater?* Et Joannes: *Quis amo, arguo & castigo.*

De secunda tentationum specie.

§. 2.

QUIDAM enim tentantur ex difficultate bene operandi, & habent aliquam bonam voluntatem, sed non fortem. Ex difficultate obstacula inveniunt, quasi qui saxum magnum volvant, & inde affliguntur, tam ex remorsu conscientia, quæ acculat eos, quam ex dolore tardi profectus, & desiderio vitæ sanctioris. Quidam enim velent habere bona opera, & non valent ad ea exequenda seipos vincere, juxta illud Apostoli: *Velle mihi adjacet, perficere autem non invenio.* Aliqua verò possent, sed ista videntur eis arida & prava, quod diffidunt ea placere DEO, vel alioquin merito fore; & sic utrobique negligentes sunt: ita incidunt in quamdam tristitiam & dissidentiam, sicut dicit Bernardus de talibus. Sunt qui in spiritualibus studiis fatigati, & versi in torporem, ambulat tristes, vias Domini: longos dies, longas quærent & noctes, frequenter murmurant, corde arido ad quælibet injuncta accedunt. Quidam enim horror tetret eos, cum cogitant de profectu spirituali, quasi dicant apud se: Bona est victoria, sed dura est pugna: dulce est præmium, sed labor merendi gravis. Sic exploratores missi in terram promissionis, reversi commendabant ubertatem terræ, ostensis fructibus; sed terreurunt populum pro difficultate impugnationis hostium, & proceritate inhabitantium. Ita Religiosi quidam explorantes terram per Scripturas, gaudia magna prædicant in cælo fore, sed pugnas tentationum & labores spiritualium exercitiorum ita exhor-

rent, quod potius volunt in deserto mori, quam introduci in terram promissionis: hoc est, magis volunt in quodam medio statu remanere inter secularem & spirituales vitam, quasi inter Aegyptum & terram promissionis, in deserto acediosae conversationis, quam per labores & tribulationes pervenire ad gloriam perfectionis. Gigantes territi etiam mirantur, & timent quasi monstra Enacim, cum magnorum Sanctorum vitas considerant, & de propria parvitate diffidentes, illorum perfectionem attingere non ex humilitate, sed ex paviditate desperant, causantes & murmurantes contra DEUM, quod tam dura servituta ab hominibus requirit, sicut illi qui educti erant de Aegypto ad tales miseras tolerandas; unde etiam tam pauci veniunt ad perfectionem, sicut de omnibus supra ad pugnam enumeratis, tantum duo terram promissionis intraverunt: quia illi soli perfecti sunt Religiosi, qui etiam in pugna tentationis & in exercitio virtutis, insatigabiliter constantes fuerint in pugna resistendo malis, in exercitio insistentes bonis usque in finem.

De tertia tentationum specie.

§. 3.

Ex hoc sequitur alia tentatio, scilicet fastidii, qua fastidit homo omne bonum, tædet eum orare, legere, meditari, tædet eum audire bona vel loqui, vel operari, vel interesse divinis, etiam quæ sine gravi labore possent facere: & exinde, quia ad magna virtutum præmia pervenire diffidit, etiam in minoribus exerceri fastidit. Et quod hæc tentatio ex prioribus oritur, ostenditur; quia statim post murmur populi pro labore, sequitur murmur pro fastidio mannae, quod significat spiritualis refectiois alimentum, sicut sunt verba sacrae Scripturae & bona opera, quæ pascunt hominem & animam, & reficiunt conscientiam. De hoc Propheta dicit: *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquaverunt usque ad portam mortu.* Ad duo autem trahit ista tentatio: aut ad exteriores consolantunculas & seculares levitates, ut qui non habent in spiritualibus consolationem, saltem in carnalibus quaerant & in saecularibus, ut consulant fastidio quo vexantur: sic & illi qui manna nauseant, carnes concupiscunt, & pepones, & porros, &c. id est, terrena & carnalia gaudia, sollicitudines exterorum negotiorum, quæ sua acredine, quasi potri, fastidientem gustum mutando delectant, sed postea conscientiam amaricantam ad sterum compellunt, aut ad nimiam tristitiam trahunt. Hæc tentatio fastidii, dum non habet in spiritualibus delectationem, & in carnalibus consolari renuit, sic nusquam inveniens refugium, malo mœore consumitur. Solum ergo restat, ut instantes clamet ad Dominum dum tribulantur, ut de necessitatibus suis liberentur, & sacrificent sacrificium laudis, & annuntient opera ejus in exultatione, id est, recolant beneficia DEI, ut ex illis ad laudem ejus in exultatione spiritus provocentur.

De quarta tentationum specie.

§. 4.

Quod si statim non successerit, sequitur alia tentatio gravis, impatientiae contra DEUM,

quare tam durus & immisericos sit tribulatio, quare tam parvus in dando gratiam egenus, & tam anxie petenti, tam importunè pulsanti? Et hæc tentatio quandoque tam valida est, quod quasi insanit homo & palpitat ex vehementi mœtore, quia ibi non invenit solatium, quod deberet ei esse unicum refugium in oratione, & in tanta suppositione, cum Dominus dicat: *Qui quarit, invenit, &c.* & Job: *Clamo ad te, & non exaudis me; flo, & non respicis me: mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuae adversus mihi.* & Ieremias: *Multitudo misericordiarum tuarum, & miserationum super me contemnerunt se, &c.* & Habacuc: *Vsq̄quo Domine clamabo, & non exaudies? &c. inē, Exurge, quare obdormis Domine? &c. item illud murmur filiorum Israel: *Estne Deus in nobis, an non? Hæc omnia illius tentationis anxietatem expriment, quæ non valet melius superari, nisi patienter tolerando, & humiliter expectando, donec nobis benignitatis suæ vultum dignetur ostendere, & manum largitatis aperire, ut coelum, quod super nos quasi arcem sentitur, stillas gratiæ nobis influat, & terra cordis nostri quasi terra, emollita pluvii benignitatis Domini, defrutum suum, id est, affectus pios & desiderium devotionis.**

De quinta tentationum specie.

§. 5.

ILLA autem tentatio magis periculosa est, quam minus molesta sentitur, quando ex longo tempore & usu subtractionis gratiæ & devotionis, post multa anxie desideria & labores pro recuperanda gratia, homo quasi lassus remittit animum suum ab intentione quaerendi, & sub colore patientiæ, definit oculos attollere ad opes, quas se habere posse non videt, & cum indignanti humilitate cogitat se fortè indignum tali gratia, & quod forsitan de ipso illud ordinavit DEUS, ut ad exteriora conversus multis proficit, & ideo ab interioribus sic repulsus, vult etiam sub discretionis velamine deinceps parere sibi, ne corpus rursus debilitetur, vel caput irrecuperabiliter destruat; & incipit remissior esse in studio orationis, & ad confabulationes promptior, ad evagandum pronior sive paratior, ad corporis commoda studiosior, ad inanes jocos promptior, ad exteriores occupationes, sub specie redimendi tempus utiliter, voluntarius & inventus. Et ita paulatim subtrahitur ei fervor, & desiderium proficiendi refrigerat, & studium languescit, subintrant affectiones Religiosarum feminarum usque ad visitationes illarum, & omnibus aliis exinctis, solum remanet ei ad solatium debile, quia adhuc scit loqui de spiritualibus, per quod vel seipsum præfert multis in expertis talium experientiarum spiritualium; vel acquirit sibi nomen apud Religiosas feminas, quæ existimant eum loqui ex abundantia cordis, & esse bonum instructorem vite spiritualis & devotionis internæ. In hujus tentationis tempestate plurimi fluctuant, & pauci enavigant, quoniam nec amor afficit, nec desiderium trahit, nec timor stimulat, nec fervor proficiendi urget, remissi in omnibus, & si qua bona videntur facere, exusu quodam vel pudore faciunt humano, vel ex timore, ne deterius eis contingat. Unde qui hoc desiderat superare, oportet ut vim sibi met faciat, tam cordi quam corpori, sicut pigrum animal, quod calcantibus trahitur, & flagellis agitur: qui-

quidam namque trahuntur impetu furoris ad bonum. Sicut igitur illi indigent freno quo retrahantur ne precipitentur, ita alii indigent flagello impellente, quo ad bonum quasi coacti incitentur. Misericors autem DEUS, quod difficilior quis in tentationis pugna certaverit, eod magis perfectionis gratiam retribuit in presenti, & majoris gloriæ præmium in futuro.

De sexta tentationum specie.

§. 6.

SUNT & alia plurimæ tentationum species, quarum naturam & origines persequi longum esset. Si enim nullus Medicorum omnes morborum corporalium variates & dolores plene potest cognoscere, quanto minus spirituales morbos tentationum & passionum, quæ subtiliores sunt, valet aliquis plene discernere, nisi Spiritu sancto plenissime illustratus? Acerbissimæ tamen tentationes videntur, hæsitatio in fide Catholica, & desperatio de DEI misericordia, & spiritus blasphemæ contra DEUM & Sanctos, & tentatio injicendi sibi manus & se petimendi, & quedam perplexitas querulose conscientie medicinale consilium non admittendi. Hactenus D. Bonaventura.

CAPVT XVII.

De remediis contra prædictas tentationes seu desolationes.

ERMUS sancti jam multa de tentationibus, quibus Incipientes, & etiam aliquando Proficientes à dæmone fortiter impugnantur, diximus quoque de causis desolationis: restat nunc, ut qualiter qui tentati sunt, ut cum tentatione faciant proventum, explicemus, ac remedia aliqua, quibus desolationes & tentationes æquamiter ac cum fructu sustineri valeant, adducamus.

Sunt autem quæ plurimæ remedia, sed nos brevitati consentientes, quæ posteriora sunt profereamus.

Primum in omnibus, cuiuscumque conditionis sunt, tentationibus sumendum est nobis scutum fidei, ut dæmoni efficaciter resistere valeamus, Cui, inquit S. Petrus 1. Epistola cap. 5. *resistite fortes in fide.* Sumendum est igitur fidei scutum in omnibus ut inquit S. Paulus. Et Prophecia: *Scuto circumdabit te veritas eius, Pla. 90 Oportet igitur, (ut loquitur S. Bernardus Serm. 5. in Psalm. Qui habitat.) ut quia undique circumdatus es tentationibus, scuto circumdabit te veritas eius; ut quem admodum undique bella, undique sunt præsidia. Veritas autem circumdat, quia verax qui promittit, & sic exhibet ut promittit. Fidelis DEVS, ait Apostolus 1. Cor. 10. qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Ac si aperit dicit: Si viva fide credamus veritates Scripturæ & testimonia omnia, quæ ad fidem nostram spectant, nulla ratione deficiemus in tentatione. Viva ergo fide tempore tentationis credere debemus fidem & veracem esse DEUM, qui nobis promisit se non permissurum, ut dæmonis tentationes, nostras ad resistendum vires excedant. Et ideo Apostolus inquit: *Fidelis DEVS, qui non patietur, &c.* primo loco afflictis & tentatis ante oculos obiciens DEI summam fidelitatem & veritatem, ut hac freid fiducia tentationibus non succumbant.*

Præterea Scriptura divina monet nos fidei scutum amplecti, quia viva fide muniti, viatores in tentationibus omnibus evademus: & ideo appellatur scutum fidei, quia scuto in pugna omnia corporis membra protegentur, & in illo cunctas hostium nostrorum sagittas excipimus: sicque videtur esse in Proverbis Spiritum sanctum verbum DEI nomine scuti appellatum. *Omnis sermo DEI, inquit Proverb. 30. clypeus est omnibus sperantibus in eum.* Sanctus Paulus etiam eodem nomine illud compellat, dum ait Ephes. 6. *In omnibus sumentes scutum fidei, &c.* Siquidem verbum DEI omnibus ipsi fidentibus est tamquam pelta quædam aenea, clypeusque fortissimus, quo cor ipsi conregitur, & totus denique homo ab hostium jaculis tutatur. Ubi adnotandum est, singulari laudis verbo DEI vertendum esse, quod à Spiritu sancto clypeus vocetur: idem enim est ac si diceret, ipsum universale quoddam præsidium esse contra omnes inimici tentationes, quemadmodum scutum est contra omnes hostium insultus.

Galea, gutturale, pectorale, super humerale, manica, armilla, crurale, arma defensiva sunt; est tamen inter ipsa non mediocri discrepantia: galea namque solum caput defendit, collum gutturale, pectorale pectus, super humerale humeros, manica manus, brachia armilla, crura crurale, & cetera armorum genera ceteras corporis partes, unumquodvis suam tutantur: at scutum universale propugnaculum est, omnia protegens servansque: hoc enim & brachia, & pectus, & caput, ipsosque iacetos contuetur: idemque nullum datur membrum, quod ab ipso subsidium non capiat, et enim quaquave sum ad elidendos idus facile protendi potest. En tibi enigmam verbi DEI graphicè depictam: multum enim differt à ceteris peculiatibus virtutibus, quæ partes sunt armorum Christianæ, & una quævis earum proprii sibi contrarii ictus solum propulsat. Castitas libidinem abigit & lasciviam, superbia debellat humilitas, etiam reuocant miras, auaritia reprimat liberalitas, & sic demum reliquæ singulæ virtutes singulis sibi contrariis vitiis se opponunt: at verò fidei & verbum divinum habent se inflat clypeus, ad tuitionem omnium directi, omnibus omnium tentationum ictibus obviant, & generatim & speciatim præsentaneum contra omnia vitia remedium præstantis.

Quocirca S. Petrus Apostolus, seu Dux quidam militaris artis peritissimus, admonet nos & hortatur, ut scutum fidei, quo diabolo animicidæ resistere possimus, amplectamur, ne à leone illo rugente, & circumveniente quaerendo quem devoret, subito prosternamur. Et quoniam res ista tantum est momenti, statuit Ecclesia quod diebus singulis sub Completorium hæc verba recitentur: *Fratres, sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, cui resistite fortes in fide; neque canis nobis quotidie dicitur in osum illud certamen, quo dæmon nobiscum configit, & ob oculos nobis statuendo defensiva arma, quibus nos munire valeamus, ipsum scilicet fidei scutum.*

Ex quo liquet, aperti nobis in Sacra pagina & dogmatibus à fide traditis armam: armum quoddam præclarum, omni genere armorum defensorum & offensivorum instructum, adversus multiformes dæmonis insidias appositissimum: quod & sponsa in Canticis hinc vel bis adumbravit, quibus de Ecclesia sancta sic factus Cantic.

Vid. loc. supra cit. Philip. art. 3. 4. 5. & 6.

Legend. de his remediis idem P. Philipp. locis supra cit. maxime art. 6.

Viva fides præcipuum est contra tentationes remediū.

Præstantia hujus remediū expenditur.

4. Sicut cum proph. D. Greg. rim Eccl. qua si ve. Iuraria & ut idem sa. lare. ac si die rum & dem ad direlan. Una tamina perera peperi in sua mundi bene est, ut sint fo lum si sed in hend quere intell quod mar sunt vific filii deni con nob vere circa lum exe tis, eum ad sit est qu

Duplex fide de sic Scri. pona se monien. timo. tis.

Scriptura sic. Armamentarium est omnium armorum.

genere
instru-
tum.

4. Sicut turris David collum tuum, qua aedificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea. Porro D. Gregorius Hom. 15. in Ezech. asserit hanc turrim Ecclesiae esse ipsam Scripturam sacram, in qua sive per exempla, sive per doctrinam arma salutaria contra hostes nostros nobis aprantur, prout idem S. Doctor fuse prosequitur. Addit spon- sa, latere in hac turri omnem armaturam fortium; ac si diceret, quod visus genus armorum, offensivo- rum & defensorum, prorsus ut ne unum qui- dem adversus illum hostium nostrorum praelian- di relum in ea desideretur.

Unde constare potest, quaevis Sanctorum cer- tamina, quavis victorias ac triumphos, quos pe- pererunt unquam, fidei hujus vitae praesidio eos peperisse, velut id insinuat D. Joannes Apostolus in sua Canonica. *Hec est, inquit, victoria, que vincit mundum, fides nostra.* Cardio enim difficultatis in bene praeliando, & de hoste triumphando, hic est, ut arma quibus ad bellum accingimur, in fide sint solidata; quandoquidem, ut vidimus, non so- lum scutum & lanceam fides nobis subministrat; sed insuper docet nos, qualiter & scutum appre- hendere, & lanceam vibrare, & gladium intor- quere debeamus. Quod utique bifariam potest intelligi. Primo modo, generali & ordinario, quod scilicet tempore tentationis sitis armis utamur, quibus utendum fides nos admonet, quae sunt, jejunium, oratio, humilitas, spes, & fidei vi- vificatio: sic quippe fiet ut his armis instructi, dis- sili nobis ipsis, & DEO ejusque paternae provi- dentiae, quam de certantibus in nomine suo gerit, consili, victores evadamus; certo credentes eum nobiscum esse, & manus nostras ad praelium mo- vere, nosque praesidio suo tutari, nec daemone- citra ejus licentiam vel unum capitis nostri capil- lum posse divellere. Denique, cum res & tempus exegerit, ipsum tempestati imperatorem & ven- tis, ut procella sedetur, omnesque has tentationes eum permittere ad bonum & utilitatem nostram, ad gloriam nominis sui, & ad triumphos ex ho- stibus nostris reportandum; quippe qui fidelis est, & in se confidentibus negare se haudqua- quam potest.

Duplex
fidei &
fac. Scri-
ptura se-
munien-
di mo-
das.

Hic modus prior est, secundum quem virtute fidei roborati praeliari possumus; qui, ut magis in- norescat, subiecto declarabitur exemplo. Urget & angit anguis ille tartareus vehementi tentatio- ne puellam aliquam, ut honestatem castitatis ab- jiciat; tunc fidei armis taliter pugnandum est, at- tendendo nimirum quid fidei lumen hoc casu nobis suggerat, & ante omnia mente retinendo & revolvendo inestimabilem virginitatis & cas- titatis dignitatem; mox perpendendo suppli- ciam, quod momentanea voluptate, teste fidei doctrina, correspondet; & quod fidelis sit DEUS, qui neminem supra, id quod potest patitur ten- tari, quodque decetantibus in suo nomine num- quam desit. Plane qui sic perseveranter agit, tro- phaeum ab hoste tandem aliquando referet.

Secundus se munendi modus hic est, aliquem Scripturae sacrae locum quaerere, qui huc faciat, e- jusque infallibili veritati insistendo, cunctis ho- stium insulibus & tentaminibus fortiter resiste- re. Hunc autem modum cum hoste nostro con- siliendo; Christus Dominus Redemptor noster salubriter nos docuit, quando in eodem tentatus a daemone, cunctis ejus suggestionibus sacrae Scripturae dogmata opposuit. dicens: *Scriptum est: non in*

solo pane vivit homo. *Secunda: Scriptum est: Non ten- tabis Dominum DEUM tuum. Tertia autem: Scri- ptum est: DEUM tuum adorabis, & illi soli servies.* Ita- que non ei per ratiocinationes discursusve re- spondit, (hos siquidem facile solet convellere & eludere); sed per Scriptum est, quasi diceret: Con- tra quod scriptum est, quod fides docet, quod- que suum beneplacitum esse DEUS declaravit, in vanum laboras, oleam & operam perdens. Quapropter utilissimum & saluberrimum reme- dium est, pro peculiaribus suis necessitatibus pec- cataria sacrae Scripturae loca ad manum habere, quae in caput cacodaemonis se infestantis valeat projicere, sicque illum procul a se propellere.

Secundum, illudque potissimum medium, quo uti in omni tentatione & omni afflictione debe- mus, est patiens & humilis resignatio, ita ut ten- tationes & afflictiones omnes, & quicquid nobis simile occurrerit, totum, viva etiam fide confortati, de manu DEI omnipotentis, veluti ex ater- na paterni cordis ejus dilectione nobis transmis- sum, non autem a creaturis accipiamus. Debemus igitur viva hac fide credere, advehi omnia, quae nobis evenierint, ex paterno DEI favore et am- ore, quo nos prosequitur nasci, quo ea, quae nobis magis expedit, evenire permittit. Et licet inco- gnita sit nobis utilitas maxima, quae in afflictione et tentationibus lateret; debemus tamen firmissime credere, benignissimum DEUM ea omnia ad su- premam utilitatem nostram ordinare; deoque li- benter ista patiamur, et divinam in afflictionibus beneplacitum praestolemur; ita ut si velit nos oc- cidere, in ipsum speremus. Sic faciebat S. Job pa- tientiae exemplum, qui bonorum suorum dire- ptionem non praedonibus, non creaturis aliis adscribebat, sed potius omnia de manu Domini suscipiens aiebat: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.*

Alterum
contra
has ten-
tationes
remediū
est pa-
tens &
humilis
resigna-
tio.

Sed quia & inter alia media magis praecipuum & meritorium est haec divina resignatio, de illa ex mente cujusdam devoti & pii Doctoris quaedam documenta hic inferere duxi consentaneum. *Quid si forte, inquit Thalesius in Instit. aliqua in adversis impatientia te moveri sentias, resiste quan- tum potes, & sustine: sicut & omnium hominum per- fecitissimus Christus IESUS, adeo ab imminentu ei pas- sioni praedicatone pulsabatur, ut in multa cordis angustia diceret: Tilius est anima mea usque ad mortem. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac ho. a. O quantum pulsabat animum ejus imminens passio, ut in agonia posticus etiam sanguinem sudaret! ita & tu in afflictione constitutus, sub quant a potes ce- leritate vires omnes recollige, ipsaque afflictionem in sua origine regenerans, (ex amore siquidem illo, qui DEVS ipse est, originem duxit) ipsam velut au- ream oblationem offerre rationabiliter, Patrique cele- sti exhibere humiliter contende, sic dicens: O omnia paternitatis Pater, en ego pauper & infirma filia tua, afflictionem hanc hodie de paterna manu tua velut nobilissimum pretiosissimumque dilectionis munus sus- cepit. O Pater dilectissime si me passionis hujus cali- cem bibere oportet, insular infirmi alicujus, qui pro a- grotationis molestia relevanda amarum poculum su- mere compellitur, non mea sed tua voluntas fiat. Hoc tantum rogo & obsecro, amantissime Pater, ut quia sine te nihil possum, virtutem & gratiam mihi tri- buas; eam juxta beneplacitum tuum susserendi. Dum- que istud seceris, certi ac isto, aeterni ac clementissimi Patris oculos apertos atque directos esse ad respicien- dum*

Quam
si haec
merito-
tia.

Scripto-
ra hic
Armo-
sua
mentis
omni-
an-

dum angustias tuas, tibi que opportuno tempore succurrendum, si saltem expectare voles. Sicut pater aliquis pro dilecto filio suo diu in panis & angustis relinquitur non potest, quin ei succurrat, ipsum in eius afflictione & paterna pietate soveat, recreetque.

Præterea in adversitate posita, neque desperare, neque de paterno corde disfidere debes, dicendo: Oblitus est mei DEVS, reliquit me Dominus. Cogita potius, quia quem diligit DEVS, castigat, & flagellat omnem filium quem recipit. Enimvero videbat ipse dilectissimum Filium suum pro angustia sanguinem sudare, ad columnam ligatum flagellum atrocissime cadere, & demum in cruce velut sanam arefcere: nec tamen in tanta passione constitutum minus eum amabat: imò tam ei tunc charus erat in cruce suspensus, quam modo in caelis in paterno ipsius sinu constitutus. Et eodem plane modo omnibus ejus charis amicis accidisse constat, quorum alii affati, alii decedenti, alii in cinerem, alii in pulverem redacti sunt. Et ita demum etiam tecum agitur, o anima nobilis. Si enim in Domino DEO tuo complacere, & ab eo familiariter diligi cupis, ab ipso quoque singulari dilectione singularem haud gravate passionem suscipe. Quae si in finem usque perseveraveris, perfecta & salva eris, sicut ipsum veritatis os Christus Dominus testatur. In afflictione namque animi, resignatio est ante DEVM velut cithara dulcissima, vel suavis harmonia. In ejus siquidem choris, id est, anime viribus, tam dulciter in intima devotione canit ipse Spiritus sanctus, ut suaviter earum voces, caelestis Patri aures occulto quodam & interno silentio penetrent.

Idem Auctor paulo inferius persequitur: Verum amen, o anima nobilis, in afflictione qualibet constituta, ad memoriam revocare debebis omnia Christi suavia dicta pro confortatione tua, ut est illud: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Joan. 15. & sanctissima promissa illius, ut, verbi gratia: Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. & Capillus de capite vestro non peribit. Luc. 21. & Fulgebunt justi sicut Sol in regno Patris eorum: Matt. 10. & Celum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: Matt. 23. & In afflictione, & mortis angustia suscipite, & levate capita animarum vestrarum in gaudio, quoniam appropinquat redemptio vestra: Luc. 21. Denique quicumque tales sunt milites Christi, cum Apostolo fidenter dicunt: Gaudere in Domino semper, iterum dico, Gaudete. Si vero, o amans anima, non illic sub oratione tua, in qua crucem & afflictionem tuam DEO obtulisti, divinam tibi semper adesse consolationem, ne quaeso mireris; magis enim ille vas tuum adhuc expurgare constituit, antequam in illud divina consolationis suae infundat balsamum. Secura tamen esto, si in orationis ac devotionis instantia persistiteris: dives ac liberatus est Rex tuus, si non illic forte tibi praebuerit merum, ad minus certe vinum dilutum, si ve infirmorum, id est, solatium internum in lacrymis compunctionis per ministros suos, id est, Angelos sanctos, etiam te ignorante, tibi praestabit atque miscbit. Hac ille.

Tertium remediū sit, quodd viva etiam fide recogitet, quodd tentationes illae magis ad meritum & coronam proficiant, si patienter eas ferat, quam ad animae suae detrimentum. 1. Cor. 10. Fidelis DEVS, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut sustinere possitis. & Apoc. 3. Quos amo, arguo & castigo. Humiliat autem nos DEVS per tentationes & tribulationes, ut cognoscamus quid sumus ex nobis, & ut quidquid scotiaz vel fallacitatis intus latebat, ignis tentationis prodar.

Quartum, Quodd scire eiva etiam fide recolat. Quam patientem sibi esse opem DEI, sine quo non huiusmodi facere nec cogitare posset. Psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Unde Bernardus: Sermo. 15. in Psal. Qui habet at, inlenem concipere. Vnde scimus quodd nobiscum sit in tribulatione? Ex eo utique, quodd in ea tribulatione nos sumus. Quis enim sustineret, quis subsisteret, quis persisteret sine eo? Omne gaudium existimemus, cum in tribulatione varias inciderimus fratres mei. Non modo, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei; sed, quia iuxta est Dominus his qui tribulatio sunt corde. Si ambulavero in medio umbrae mortis (aut quidam) non timebo mala, quoniam tu mecum es. Itaque ergo nobiscum est omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Hac Bernardus. Memoque in Apoc. 1. qui 2. Cor. 7. de ipso testatur, dicens: Foris pugna, intus timores; sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus. Quare 2. Cor. 1. illum appellat Deum totius consolationis. Benedicimus, inquit, DEVS, & Pater Domini nostri IESU Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ad hoc alia documenta D. Bonaventura Prose. 4. Relig. cap. 8. & 13. quorum principia sunt: quae sequuntur.

Quintum, Ut omnem cogitationem a tentationibus avertere curet, alias occupationes assumendo, quibus obliviscatur impugnationem tantum potest, sicut corporali passione laborans, si ad alia negotia tractanda converteratur, oblitus passionis suae, levius interim torquetur.

Sextum remedium, Patienter & humiliter virgam Domini sustinere, ut se dignum afflictione & labore pugnae iudicet, & patienter toleret, confidens quodd ei proveniet in bonum, & quodd etiam purgabitur a peccatis, emundabitur a vitiis, dirabitur vitiis, scientia, meritis & gloria. Cum DEO non possumus contendere, neque per justitiam, quia sumus peccatores; nec per potentiam, quia infirmi & servi ejus; nec fugere ab eo per astutiam, quia numquam eum laetis poterimus, nec dominum ejus terminos exire. Unde Psal. 138. Quod sibi a spiritu tuo: Et Job 9. Sapiens corde est, & fortis robore: qui resistit ei, & pacem habet. Unde humiliter nos nos coram ipso, & sic misericordiam consequemur.

Septimum est, Orationi incumbere, & auxiliium supernae virtutis per se & aliorum suffragia implorare; quia nec nostris viribus, nec meritis, nec prudentia possumus de tot hostibus triumphare, vel sine letali vulnere transire, nisi protecti in manu DEI, & ejus adjutorio confortati. Quapropter Psal. 49. ait: Invoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Ad hoc enim quandoque permittit DEUS hominem tribulari, ut exciteur ad orationis studium, & confugiat ad Dominum, & experietur ejus auxiliium, & ad ejus exauditionis solatium amplius in ejus amorem exarscat, & sic tam in merito virtutum, quam in fiducia ejus dilectionis excrecat: sic diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum, tam prospera quam adversa. Solet etiam DEUS quandoque fidelem servum suum postmodum amplius consolari, & prioris perfectionis gratiam conferre in illis, de quibus aliquando fuerat in tentationis molestia graviter tribulatus, sicut de beato Benedicto scribit B. Gregorius, qui dum carnis tentatione graviter impugnaretur, quia viriliter restitit, ita plene vicit, ut DEI gratia numquam postea motus carnalis illecebrae in se tentaret; juxta illud Psalmi: Secundum multitudinem dolorum...

TIMORIS

Opera Spiritus
T. I. II

non meo
averam
contra
lis bella
in amo
Ista
exactor
O
fogere
propit
ctus B
occali
Quam
minu
tertio
felicis
confu
more
La pri
sunt
fidelis
cauti
circa
vera
& ul
carn
P
deut
O q
mi
sup
qua
sciu
virt
rien
cia
tu
ser
eu
du
Tribala
tionem
fructus
pepen
dendas
q
b
n
qu
est
plane
cuius

rum meorum in corde meo, consolationes tuae latifcaverunt animam meam. Sic etiam in tentatōibus conera fidei & blasphemiae spiritus, mereur fidelis bellator quandoque in fide clarius illustrari, & in amore DEI ardentius inflammari, ut dicitur in Ysaia: Erunt capientes qui se ceperant, & abijicient exaltatores suos.

Octavū Materias & occasionēs tentationum fugere & declinare, maxime carnalium, quae appropinquantes sibi accendunt ut igni. Haec sanctus Bonaventura, quae cap. 12. ut supra, loquens de occasionibus carnalibus fugiendis, ita scribit: Quanti sub specie spiritualis dilectionis spirituales feminas frequentaverunt, & orationum ipsarum obtentione. Ecce, quanta peritas in prima intentione, scilicet charitas & devotio: postea sequuntur longae consolationes, modo de DEO, modo de ipsorum amore mutuo & fide, & amoris affectus, & munuscula pro memoria huius charitatis. Ecce quomodo mixta sunt iam bona spiritualis affectionis & colloquutionis fidelis cum aliis inutilibus consolationibus, & incaute familiaritatis, & inutilis occupationis cordis circa dilectam. Tandem sequuntur salsa bona, id est, vera mala, scilicet complexus, oscula, tactus manuum & aberam, & similia, quae omnia suspecta sunt, & carnalis affectionis indicia, & turpis operis praedicia.

Postremo impudica succedunt, quasi fructus praedentium, scilicet opera aperta iniquitatis. Augustinus: O quam parva & brevis concubitus hora, in qua a mittitur vita aeterna! In hunc modum palliat se sepe superbia, sepe invidia, & avaritia, & acedia: vitia, quae cum non audent bonos tentare aperta facie, quos sciunt omne malum odisse, assumunt aliquid velamen virtutis, ne agnoscantur esse quod sunt: sicut qui mentitur se amicum esse, donec admissis dolose interficiat. Sic Iudas tenuit mentem Anasae, quasi oscularetur eum, ne suspicaretur eum hostem esse, & non obfervaret gladium eius dolosum, & ita in dolo occidit eum. Sic Iudas osculo Christum tradidit crucifigendam ad Iudaeis.

Tribulationum utilitatibus pensatis, non tam in patientia quam in desiderio habeantur, audi D. Bernardum de tribulationum bonis in Psal. Qui habitat, Sermon. 16. his verbis loquentem: Virilis tribulatio, quae probationem operatur, ducit ad gloriam. Cum ipso sum (inquit) in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Agamus gratias Patri misericordiarum, qui nobiscum est in tribulatione, & in omni tribulatione nostra nos consolatur. Res enim, ut dixi, necessaria tribulatio, quae in gloriam vertitur, tristitia quae mutatur in gaudium. Gaudium sane longum quod nemo tollit à nobis, gaudium multiplex, gaudium plenum. Res necessaria est ista necessitas quae coronam parit. Non contentum frater semen modicum est, magnus exinde fructus exurgit: forte insipidum, forte acerbum est, forte granum sinapis. Non consideremus quae videntur, sed quae non videntur in eo. Quae enim videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna. Praesbentus primitias gloriae, gloriamur in spe gloriae magni DEI; non solum autem, sed ut dicam expressius, gloriamur in tribulatione; in ea siquidem spes gloriae est. Vide si non hoc ipsum docere voluit Apostolus, cum subiunxit: Quoniam tribulatio patientiam operatur, &c.

Manifeste advertere est, in his verbis cum praemisisset Apostolus gloriam in spe, non aliud aliquid, sed amplius eum addidisse dicendo: Non solum autem, sed & gloriam in tribulationibus; non enim altera gloria commendatur, sed additur ubi spes gloriae, ubi

ipsa spes gloriae requiritur: siquidem in tribulatione spes gloriae, imo: & ipsa in tribulatione gloria continetur: sicut spes fructus in semine, sicut & ipse fructus in semine est. In hunc modum etiam modo regnum DEI intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, in agro vili. Est, inquam, sed absconditum est. Felix qui ibi invenit illud. Quis ille? nempe qui magis cogit averit messem, quam sementem. Oculis fidei invenit hunc thesaurum, non secundum faciem iudicans, sed videns quae non apparent, sed intuens quae non videntur. Quam veraciter hunc thesaurum invenerat, quem volebat inveniri & ab aliis, qui dicebat. Momentaneum hoc & leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Non dixit, Remunerabitur, sed, Aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Latet gloria, fratres mei, abscondita nobis est in tribulatione, in momento aeterno hoc latet aeternitas, in hoc levi, pondus sublime, & supra modum.

Interim ergo festinemus nobis emere agrum istum, emere thesaurum istum, qui absconditus est in agro. Omne gaudium existimemus, cum in variis incidimus tribulationes. Dicamus ex animo, atque ex sententia: Bonum magis ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. Cum ipso sum in tribulatione, ait DEVS, & ego aliquid interim requiram quam tribulationem? Mihi adhaerere DEO bonum est. Non solum autem, sed & ponere in Domino spem meam, quae eripiam eum, inquit, & glorificabo eum. Cum ipso sum in tribulatione. Deliciae, inquit, mea esse cum filiis hominum. Emmanuel, nobiscum DEVS. Ave gratia plena, ait Angelus ad MARIAM, Dominus tecum. In plenitudine gratiae nobiscum est, in plenitudine gloriae erimus nos cum ea. Descendit, ut propè sit his qui tribulato sunt corde, ut nobiscum sit in tribulatione nostra, erit autem quando rapiemur in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus, si tamen curemus interim eum habere nobiscum, ut sit comes via, qui patrie redditur est futurus; imò qui tunc patria, modo sit via.

Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipse sis mecum, quam regnare sine te, epulari sine te sine te gloriam. Bonum in tribulatione magis amplecti te, in camina habere te mecum, quam esse sine te vel in caelo. Quid enim mihi est in caelo, & à te quid volui super terram? Autrum probat fornax, & viros iustos tentatio tribulationis; imò cum eis es Domine, ibi in tuo nomine congregatis mediis adfuit, sicut olim cum tribus pueris es dignatus etiam ethnico apparere, ut diceret, Quia species quarti similis Filio DEI. Quid trepidamus, quid cunctamur, quid refugimus hunc caminum? Sicut ignis, sed Dominus nobiscum est in tribulatione; si Deus nobiscum, quis contra nos? Nihilominus quoque si ille eripit, quis est qui speriat de manu eius? quis est qui de manu eius possit erueri? Postremo, si ille glorificat, quis nam alius ingloriosus faciet? si ille glorificat, quis humiliabit? Audi denique quam gloriam ipse glorificet. Longitudine, inquit, aeternum replebo eum.



CAPVT XVIII.

*De alijs etiam predictis tentationibus
resistendi modis.*

Quatuor
in quali-
bet pug-
na præ
oculis
habenda.

Utra autem magis animemur ad præfatas contra demones pugnas & certaminum gloriam, quatuor sunt nobis, dum pugnamus, præ oculis habenda. Primum, Fidelitas, qua Regi nostro devincti sumus, ut honorem ejus & gloriam cum ejus auxilio pro viribus defendamus, & nos ipsos (quos velut castra quædam nobilissima & civitates præclaras in homagio legitimo ab eo tenemus) nulla impugnatione, nullo certandi discrimine, eidem hostibus, id est, demonibus, tradamus.

Secundum est, Ipsa imitatio Regis nostri **JESU** Christi, qui de celo nos invitans ad hæc bella, clamat: *Certe, adjuvabo: vincite, coronabo.*

Tertium est, Magnitudo spectaculi, in cujus medio sumus certantes. Quemadmodum enim de duobus singulariter vicem certantibus contingit, ut conlanguine certamen utriusque aspiciant, & victoriam præstolentur: sic pro unoquoque nostro in hujusmodi certamine constituto, omnes militæ caelorum exercitus intuentes certamen nostrum, pro nobis solliciti sunt, orantes omnipotentem **DEUM**, ut nobis de hoste tribuat victoriam, parati nos cum applausu & honore triumphali recipere, si viderint nos victoriam obtinere. Econtrario verò, tota illa militia horribilis malignorum spirituum, diaboli nos impugnantis victoriam præstolat, in odium quidem nostrum & confusionem, ut victos tota aviditate ad infernum rapiat, & ibi tormentis perpetuis cruciatibusque nos affligat. Attende igitur diligenter, quam gloriosum sit in oculis tot & tantorum triumphare, quam ignominiosum succumbere.

Quartum magnopere nos excitare debet, Nobilitas ac pretiositas brachii & coronæ, quam Rex caelorum fideliter certantibus, atque vincensibus pollicetur: quæ utique si hominibus innotesceret, non solum præsentium certaminum discrimina non formidarentur, sed & aviditate magna desiderarentur, dicente Apostolo 2. Cor. 4. *Id enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostre, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* Et alibi: *Existimo quod non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.*

Præter
varia
contra
dæmo-
nes & vi-
tia pug-
nandi.

Illud etiam summopere oportet advertere, nullam esse tentationem aut vitium, contra quam non solum virtute contraria, sed & omnium virtutum actibus non possimus pugnare. Quod ut manifestius fiat, adducemus modos & artificia, quibus utuntur vitia contra vitia. Hæc igitur, ut bene advertit Guilielmus Parisiensis in *Tract. de Tentat. cap. 5.* dicimus esse tria. Quorum primum est, Jaculorum seu telorum, quæ à parte vitiorum jaciuntur, elusio sive evasio, quod dupliciter fit. Primum, Per fugam, jacula nimirum declinando, & tentationes elidendo, ita ut in vacuum laborex hostis. Secundò, Per indignationem, sicut negotiator qui charissimam habet mercem aliquam, longè minus iusto pretio offerentem emptorem nec respicere, nec audire dignatur, sæpè etiam illi indignatur: sic qui **DEUM** amat, quidquid pro eo deferendo diabolus offerat, eum respicere vel

audire dedignatur, & eidem indignatur, cum super omnem estimationem minus offerat quam decens sit. Isto autem artificio gloriosissimus triumphus acquiritur, quando jacula ipsa videntur. Ipse enim diabolus ignominiosissime vincitur, quando nec repugnat habere unde pugnare valeat.

Secundum artificium est, Repercutere, & hoc proprio, non alieno gladio. Hoc autem factum unaquæque virtus, quouscumque in tentatione ejus decor & nobilitas cogitur. Hæc enim cogitatione, & ipsa peccata quæ tentant, & ipsæ cogitationes & jacula, quæ ab ipsis emittuntur, semper tamquam vulnera debilitantur, prosteruntur, vel etiam disparent, & evanescent, sicut exhibitæ luce tenebræ dissipantur. Pro eo enim solò, quæ vitiorum sunt, alicujus momenti nobis esse videntur in hora tenta ionis, quia lux virtutum, vel per ignorantiam, vel per negligentiam tunc nobis absconditur; sicut putredines lignorum & squamæ piscium idè de nocte lucent, quia lux solis abest; & ex eadem causa, in tenebris noctis, fructus videntur acres bellatorum, & aliquando magnus exercitus. Idè etiam nos lædunt & vulnerant ea quæ vitiorum sunt, quia aliquid esse nobis videntur sicut in somniantibus, quia phantasmata rerum, non ipsa veritas eos movent, non minus delectant eos aut contristant, dum dormiunt, quam faceret ipsa veritas vigilantes. Peccantes enim sunt & te habent sicut somnantes, unde & evigilare sibi videntur, cum respiciant, & per penitentiam revertuntur. De hoc Apostolus ad Ep. hel. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Et Scriptura exemplis istis referentissima est. Unde patet, quod sicut in virtutes & vitia, sicut veritates & phantasmata, & status culpa & gratia, sicut somnus & vigilia. Sicut ergo adveniente vigiliante recedunt phantasmata, sic constituta mente in luce veritatis, tamquam in vigilia & veritate, recedunt phantasmata tentationum.

Tertium artificium est, quo unaquæque virtus viam ipsi vitio intercipit: accipit enim jacula ad transverberandum unumquodque vitium ab ipso vitio. Vocamus autem jacula, argumenta spiritus sancti, quæ delumuntur ex ipsi vitio contra ipsa vitia. In quo sensu exponi potest illud Jo. an. 16. *Cum venerit ille Spiritus veritatis, arguet mundum de peccato, eliciens scilicet de eodem peccato argumenta ad concludendum contra peccatum & peccatorem.* Et hoc est quod voluit Paulus ad Rom. 7. *De peccato damnabit peccatum:* quemadmodum de scorpione contra ipsius mortuum, & de serpentis veneno contra ipsius venenum medicina conficitur. Sic 1. Reg. 17. Goliath proprio gladio interficitur, & Judith Holofernem proprio pugione decollavit. Istud igitur artificium est, quo ipse qui tenatur, objicit peccato turpitudinem suam. Verbi gratia, cum considerat feceritatem luxuriae, & ex ea abominatur eam, & rejicit à se, & ab ipsa luxuria accipit jaculum quo ipsam prostermit. Eodem modo quot malitias ejus considerat, quot nocentias, tot ab ipsa jacula accipit, & in ipsa eadem jaculatur.

Ut autem pugna virtutum manifestio fiat, ponemus exemplum tentationis, in quo omnes pugnant. Hoc autem illud est quod familiarius & letidius nobis occurrit. Aliquis committit uxorem suam speciosam bonæ fidei alicujus in custodia; ille verò exardescit in concupiscentiam ipsius.

Primo ig-
nita velat
inde rivo
gladium
lia suppl
nim mit
ro nequ
dimittit
bre qua
brevis
dicit: C
tio nec i
go, non
fendam
alique e
nia inq
ster. D
Rege
nullo t
pugna
ma coi
& tu r
magis
ut me
& die
non t
culto
stru
conli
ur ill
ria, i
dis si
pont
scis i
lam,
test.
Ego
sicut

Quare
incipiens
tibus
maximè
sit necel-
sit
magister
fuerit
vid. nost.
Perum
Thomâ
& S. Ma-
ria in li-
br. Care-
distinus
S. Teresie
incri-
pro. in-
stru. 24
& 25.

Primò igitur pugnat *fides*, & dicit: Toxicata est ista voluptas, atque mortifera, ne biberis eam. Deinde *timor* obicit tremendum DEI iudicium, & gladium extremæ sententiæ, omniaque infernalium supplicia. Tertio pugnat *spes*, & dicit: Quid enim mihi est in cælo gaudiorum? supple, & tu caro nequissima quid mihi offers super terram? non dimittis gaudia illa perpetua ac purissima, pro hæc quam offers mihi spurcissima & falsissima & brevissima voluptate. Deinde pugnat *charitas*, & dicit: Charum habeo Deum meum, tam vili pretio nec me, nec ipsum vendam, gratiam ejus dando, non ipsum pro te, ò nequissima voluptas, offendam. Deinde *castitas* ait: Ne labores in vanum, eo usque mihi placet puritas & candor meus, ut omnia inquinamenta tua, tamquam mortem detester. Deinde *castitas spiritualis*: An nescis quia cum Rege regum cõtraxi matrimonium in Baptismo? nullo modo illud polluam vel infringam. Deinde pugnat *fortitudo*, & dicit: Nec vires habes, nec arma contra me, ferum & ignem paratus sum pati, & tu me pulvinatibus tenas obstruere? Deinde *magnanimitas*, & dicit: Tu quæ es, aut quanta es, ut me audeas provocare? Post hæc *justitia* pugnat, & dicit: Ad factum & prodicionem me invitans, non te audio: fidei meæ commissa est mulier ista, custos ejus esse debeo, non proditor. Deinde *santitas* ait: Ista mulier: templum DEI est in Baptismo consecratum, & imago DEI viva & sancta: absit ut illud violem vel polluam. Postmodum *sapientia*, An nescis, inquit, quia ego paritas palati cordis sum & gustus spiritualis munditiei? & tu apponis fæculentiam luxuriæ comedendam? An nescis indignationem stomachi spiritualis in quo sum, qui nec modicum se inquinari sustinere potest, quin illud per confessionem statim evomam? Ego sum illa, in quam nihil inquinatum incurrit, sicut legitur *Sapientia* 6.

CAPVT XIX.

Quæ sint potissimum observanda ab Incipientibus, ne illis aberrare contingat in via hac supernaturali, tam tempore consolationis quam desolationis.

Quare incipientibus maximè sit necessarius magister spiritualis?
Petrus Thomà à S. Maria in libri Cathibimus s. Teresa inferi pro. infra. 24. & 25.
 Si qui sunt in via spirituali, quibus instructio-
 ne aliqua opus sit, maximè sunt Incipientes, &
 viam purgativam supernaturalem ingressi; tum
 quia inexercitatos habent sensus, & à vicis & pas-
 sionibus nondum purgatos; tum etiam, quia nunc
 sensibili delectatione exuberantes, nunc desolati-
 one, derelictione, alii que tentationibus sum-
 mopere oppressi, jam ad caelos usque gloriosi a-
 scendunt, nunc ad abyssos usque miserè & desolati
 descendunt: nunc igne calidiores ferventioresque
 videntur, nunc gelu ipso frigidiores inveniuntur.
 Qua spiritualium humorum inæqualitate maxi-
 mo in periculo versantur. Unde fit ut præ aliis hi,
 magistri spiritualis discretionem, nisi aberrare ve-
 lint, regi debeant. Quare nõ erit abs re, eis saluta-
 res aliquas tradere instructiones. Sed quia in In-
 cipientibus duplex est status maximè inter se di-
 versus, debet attendi primus, cum influxus divinæ
 gratiæ illis præsens est, cœlestiq; rore irrigantur;
 secundus, quando devotionis gratia à DEO om-
 nino eis subtrahitur, ac inopes & desolati variis
 demonum tentationibus impugnantur. Igitur ju-
 Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

ra hunc duplicem statum, quid in unoquoque ab Incipientibus præstandum sit, edocere conabimur. Incipiemus autem à tempore visitationis divinæ.

CAPVT XX.

Qualiter se gerere debeant Incipientes tempore affluentiæ gratiæ & consolationis.

Sicut temporanea ac terrena felicitas munda-
 nos homines excecat, & in superbiam aliaque
 vitia solet adducere, sic & spiritualis prosperitas,
 etiam si ex se bona & à DEO sit, spirituales viros
 multis solet exponere periculis. Prosperitas stulto-
 rum, inquit Sapiens Prov. 1. occidet eos. Quare hoc
 tempore singulari opus est discretionem, quam im-
 possibile fore est invenire in spirituali ydone. An-
 nimadvertat igitur diligenter, si perire non desi-
 derat, ea quæ sequuntur.

Primum scire debet, ad conservandam gra-
 tiam nulla re aq; re juvari posse, quàm DEI time-
 re, ut sanctus Bernardus *Serm. 50. in Cantic.* pruden-
 ter scripsi: In veritate didici, nihil a quo efficax
 esse ad gratiam promerendam, retinendam, recupe-
 randam; quàm si omni tempore coram DEO inventa-
 ris non alium sapere, sed timere. Beatus homo, qui
 semper est paratus. Time ergo cùm arripserit gratiam, time
 cùm abierit, time cùm demò revertetur: hoc est sem-
 per paratum esse. Succedant vicissim tibi in anima
 tres isti timores; secundùm quod gratia vel adesse di-
 gnatur, vel offensa recedere, seu iterum placata redi-
 re sentietur. Cùm adesse time ne non dignè opereris ex
 ea. Videte, inquit Apostolus, ne in vacuum gratiam
 DEI recipiatis. Quid si recesserit, an multo magis tunc
 timendum? Plane multo magis, quia ubi defuit tibi
 gratia, defuit tu. Time ergo subtrahat gratia tam-
 quam mox casurus, time & contremisce, DEO tibi, ut
 sentis, ut atque time, quia reliquit te custodia tua. Quæ
 propter quando à DEO benignè visitatur, quando
 tranquilla & serena sunt omnia, quando sensibili
 amore & dulcedine videris plenus, nullo pacto
 tibi placeas, nulla ratione in præ lætitiæ, aut peri-
 culosæ securitati te tradas, sed potius in timore
 sancto contine teipsum, ac meræ divinæ gratiæ ac-
 pietati, non teæ diligentia, neque tuis meritis ac
 laboribus tribuas, paratus jugiter recipere tribu-
 tionem inopiamque spirituales, ubi Dominus
 eam ad te redire voluerit.

Secundò, Caveat, ne in gratia aut amore sensi-
 bili, aut aliis donis ipsius DEI, proprium com-
 modum, utilitatem, aut dulcedinem querat: ca-
 veat iterum, ne abaturat eis ad suam oblectatio-
 nem, quin potius omnibus donis renuntians, hoc
 tantum desideret, ut in se fiat DEI rectissima vo-
 luntas. Quare instar apis argumetose, circumvo-
 late rationis & considerationis alis super omnia
 dona Dilecti, atque discretionis aculeo sic singu-
 las suavitates divinæ consolationis delibare atque
 gustare debet; in nullo dono moras contrahat
 quietendo, sed potius ex quolibet materia afflu-
 mat spiritualis mellis, hoc est, spiritualis laudis &
 gratiarum actionis. Curabitque deinde omnem
 proprietatem suæ voluntatis tam plenè in divini
 beneplacitum resignare, ut nullam aliam in se vo-
 luntatem sentiat quàm divinam.

Quare quamdiu istam abnegationem & resi-
 gnationem propriæ voluntatis non senserit, ha-
 beat pro comperto, se viam spirituales nõ incho-
 alle.

vid. Tom.
7. Librum
7. sect. 2.
cap. 11. &
12. Bi-
bliothec.
Theolog.
noli.
Domini-
ci à SS.
Ternica-
te.

aff. Nec facile debet arbitrari se aliquam sanctitatem, cum sensibili devotione dotatur, fuisse consecutum; nam gravissimorum vitorum, ut supra retulimus, ea est certa sententia, multas affectiones & sensiones plerumque in homine insurgere, quæ magnæ ab aliquibus reputantur, cum verè nihil aliud sint, quàm innati appetitus naturæ, aut voluntatis propriæ, aut dulcedinis falsæ à dæmone immixtæ, vel ex propria apprehensione & complexione sua ortæ. Præsertim verò infra quadragesimum annum natura multum instabilis, inconstans, & affectuosa à multis viris experientia conspicuis iudicatur, quæritans seipsam frequenter in omnibus exercitiis, commodum vis delicti spiritualis saporis, & oblectationis, vel solatii, ipsa adhuc natura ignorante; & ubi homo putat spiritualem vitam fovete, propriam cum voluptate pascit naturam.

Tertio, Semper paratus sit carere consolationibus istis, quibus à DEO tantopere recreatur: est enim hæc resignatio in hoc absentia statu præ oculis semper habenda, præferendaque est DEI voluntas, sive det sive auferat, omnibus aliis donis, & DEUS magis quàm donum diligendus; alias servula mercenaria, non filia liberalis existimatur. Hoc autem signo poterit manifestè colligere, an sponsa Christi pudica, an mercenaria ancilla debeat iudicari; si sublata ei illa suavitate sensibili, mox ipsa tota amarulenta, tota indignabunda, tota turbulenta, impatientisq; tota, pietatis studia deserat, timotisq; & pudoris habentis excussis se prorsus externis consolationibus tradat, videlicet si DEUS eam oblectare vult, DEO servit; sin minus, ab eo recedit, Anima verò fidelis, sive DEUS infundat internam suavitatem, sive non, tranquilla permanet, hilariter suo sponso famulatur, fideliter ei adheret, constantem eum diligit, magis optat voluntatem DEI fieri, quàm suam. Sciat præterea nullam esse perfectiorem & excellentiorem resignationem, quàm in sui derelictione esse resignatam, perfectamq; vitam non in eo possitissimam sitam esse, ut consolationibus abundet, sed ut voluntatem suam divinæ permittat ac resignet voluntati, tam in amatis quàm dulcibus, tam in prosperis quàm adversis.

Quarto, Divinæ gratiæ influxui ita satisfacere curet, ut vires corporales minimè lædatur: admodum enim periculosa est spiritualis ingluvies, qua quis de lædine gratiæ oblectatus, spiritum impetivè solet perurgere ad maiorem fervorem, quàm corporales vires ferre possunt, ut latius in superioribus adnotavim⁹. Discretè igitur se gerat, discretionis ubique regula servata: nec enim expedit, ut quæcumque bona alios fecisse legis, vel audis, ea tu mox nulla infirmitatis tuæ habita ratione, facias: discere gratiam tibi donatam humiliter sublequi, nō autem impatienter præcedere, neque coneris mentem illuc cum effreni impetu impellere, quò nondum ascendere permittitur; neque ad ea præstanda violentè ipse te perurgeas, quæ virtutem corporis, aut animi tui superant; sed potiùs placidè amoris & divino influxui inservite conaberis: si fuerit enim utile, ut ad sublimitatem theoriæ cælestis pervenias, ipsa DEI gratia meliùs eò te ducet, quàm tuus violentus conatus ac labor.

Quinto, memot sit, veram perfectionem nō in perceptione magnæ dulcedinis, nec in consolationum affluentia consistere, sed potiùs sitam esse in vera iustitia ac mandatorum DEI observatione, &

ut quis se & omnia pro DEI amore relinquat atque mortificet, & voluntatem propriam in voluntatem DEI integrè transfundat. Ad veram igitur perfectionem, integra mortificatione atque resignatione pervenitur. Nonnulli se peritisse putant, quando sensibili consolatione privantur, & rursū se sanctos, Deoq; acceptissimos esse credunt, quòd illam accipiunt; sed falluntur & errant: plerumque enim DEUS ibi per gratiam suam maximè adest, ubi minimè sentitur: & ubi maximè sentiri videtur, sæpè procul abest. Quare non raro melior est homini ariditas cordis, quàm profundissima abundantia suavitatis. Certa sanctitas & devotio essentialis, est æqualis illa animi promptitudo, qua quis paratus est servire DEO non minus in adversis, quàm in prosperis.

Sexto, Divinæ gratiæ abundantiam ad suipsius mortificationem, ad omnium virtutum exercitationem dirigat, nec ita sit devotione illa absorptus, ut vitæ activæ ac misericordiae operibus non studeat; nam apud quando in floribus quiescit, neque mel neque ceram conficit: parum enim juvat per consolationem divinæ visitationis concipere, nisi etiam partus sequatur.

Septimo, Maximi momenti esse sciat ad spiritus profectum, arcana cordis ac sinus animæ omnes Confessori aut Patri spirituali manifestare: nam, ut optimè Richardus in Cant. cap. 39. scribit, docent aliqui falsa sub specie Religionis, Demones quoque in corde suggerunt falsam iustitiam, & falsam intelligentiam pro luce veritatis. Intendant quippe aliqui arcum Scripturæ, & parant sagittas suas in pharetra sua, ut sagittas suas sagittent in obscuro rectos corde, & qui Dominum persequitur, id est, persequitur seculum, & per Doctores exposuit, destruant, & ad suum errorem instillant. Demones etiā quadam subtilia & quasdam revelationes in aliquibus operantur, & item quadam nova & insolita, quæ curiosi & simplices mirantur & venerantur. Bonorum igitur recta est sana intelligentia, formantur ut opera sicut ex corde procedit vita. Rectos gressus pedibus suis faciunt, quia cuncta cum consilio faciunt; & non solum peccata sua, sed etiam occultas suggestiones cordium confessione exponunt. Non enim potest errare, qui cum consilio vivit; nec ab inimico decipi, qui suggestiones eius detegit. Quibus subterbit Callianus Col. 2. cap. 1. dum inquit: Nullo namque alio vitio tam precipitem diabolus Monachum pertrahit ac perducit ad mortem, quàm cum, neglectis consiliis seniorum, suo iudicio persuaserit distinctioneque considerare. Quare omnino instituentis cura omnibus, sed maximè Inipientibus est necessaria, ad præcavendas & eludendas satanæ insidias.

Octavo, Ne nimio zelo animarum feratur, ne forte volens alios lucrari, seipsum interimat. Concha priùs fiat, ut postea canalis gerat officium. Nam imperfectus (ut venerabilis scribit Richardus c. 8. in Cant.) quamdiu non habet nisi parum olei charitatis quo ipse tantum ungetur, & nondum per maxima dona gratiæ solitari meruit, non velit externis implicari, ne curarum secularium aestu & humane conversationis & mutabilitatis vento contingat eā ab eo exiguo quod accepit excicari. Exterior enim occupatio imperfectus eundem immutat & dejicit, quia musca marientes, id est, cogitationes mundanas, perdunt suave unguentum gratiæ minus in anima fundata. Cupit ergo abundare priùs sibi, ut sic possit alius infundere: hoc oleo vult priùs ungi, quàm ungere; de pleno fundere, quàm effundere; fluere, quàm effluere. Qui enim indiscretè alius prodesse cupit, & ante tempus effundit, semper

inops & à gratia vacuum manet. & profectum suum impedit. & aliu minus proficit. Non vult itaque prudens anima à quiete & silentio, quo se in iustitia exercit. evocari, quia cultus iustitiae silentium pervenit, donec cultus iste ad fructum & maturitatem pervenit videlicet, donec perfecte profecerit, & donec induatur virtute ex alto, residere studet in civitate, id est inter claustra conscientiae.

Nonò, Donum acceptum non intemptivè apud se magnificet, neque de eo apud alios passim loqui gestat; (divulgare tamen illud verècundè humiliter; quod poterit, si utilitas spiritalis vel necessitas exegerit;) quin potius cogitationem tuam ab ipso dono tunc avertit, perinde ac si nihil accepisset, Deoq; in eade. Si illud exactius apud te metipsum expendere vis, ad hoc solum expende, ut & DEI erga te pietatem, & tuam erga DEUM ingratitude melius animadvertis. Quod DEI est, totum DEO tribue, & gratus esto; tibi verò nihil adscriptum præter peccatum. Agnosce te servum esse inutilem, indignumq; omni solatio & gratia; ut quanto magis proficiat, tanto magis humiliteris: sola enim humilitas efficit, ut bona quae in te sunt, integra in te permaneant. Sanè affectus illi sensibili amore ac dilectione pleni, quamvis præclara signa ferè sint, non tamè indubitata indicia salutis iudicari debent, nisi Spiritus sanctus revelaverit. Nonnumquam enim sunt affectiones naturales magis quam divinae, & in eo etiam coe, quod à DEO alienissimè est, gigni possunt. Quare nobis ipsis semper vilescere, & in eorum timorem & sanctam spem navigare debemus, quoad diu in fluctibus vitae praesentis versamur.

Decimò, Amabilem vitam & passionè Domini nostri JESU Christi tamquam preciosissimam margaritam in scorio peccatoris sui semper reconditam habeat. Attendat autem ipsam Christum, non ut hominem parum, sed ut DEUM & hominem. Quod si ad sublimiorem divinitatis contemplationem ascendere non possit, libenter ad humanitatem recurrat, exercens se in recordatione & compassionè eorum, quae ipse fecit ac pertulit pro nobis, imaginationem tamen nimis pressam & vehementem non habeat, ne caput nimis lædatur. Domino DEO suo pro se passio medullitus compariatur. Ceterùm, non faciat: quod plerique facere solent, qui cum magna quidè fornicata devotione, dulcedineq; ac lacrymis Passionem Salvatoris nostri recolant, verù vitam suam mortificare, & illum sequi reculant. Non ita faciat, sed ipsam Domini passionem, ut verus Christianus meditetur, desiderans imitari sanctissima charitatem, obedientiam, humilitatem, patientiam, & resignationis ejus exempla. Opriet per omnia conformari sacratissimæ humanitati Christi, ut sicut Spiritus Domini Jesu semper fuit sublevarus, ardens, liber, serenus, iniquillus, & lætus, ita sit & spiritus suus. Christus enim, etiam cum in cruce pendens gravissima tormentia sentiret patere, quod, fruebatur Divinitate secundum mentem & superiores animæ vires, non minus quam modò in caelis fruitur.

Rursus, uti anima Christi fuit tristis, compatiens, modesta, mitis, mortificata, ac humilis, compatiensq; illius sobrium, castum, purum, honestum, laboriosum, & patientia sit & spiritus suus, anima sua, atque corpus suum. Grandi desiderio id sibi concedi à Christo postulet: neque enim aliquid magis ei necessarium est, cum iustitiam vitae perfectio in hac conformata elisa sit. O quam beatus est, qui ad istam conformitatem pervenit!

Tom. à Iesu Oper. Tom. II.

huic enim reve à obigit, quod beatus Paulus apostolus optat cunctis fidelibus, dicens: DEVS pax sanctificet nos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in adventu Domini nostri IESU Christi servetur.

Undecimò, Quando consolatione ac suavitate interna à DEO perfunditur, agnoscat se illa indignum esse, tamè non despiciat, sed potius humiliter gratoq; animo ad DEI gloriam suscipiat, studens interim servare se ab ea tam liberum, & in tantum, quasi nihil tale accepisset: sincerus namque & sublimis amor DEI in hoc consistit, ut si ve cù dulcedine, si ve sine dulcedine velimus, cupiamusque vel gaudiamus DEUM esse quod est, ac tantam gloriam, tantum Dominum, tantam opulentiam obtinere quam obtinet, desiderantes etiam ut omnes ei ritè serviant, eumq; diligant & glorificent, qui est omni amore, honore, & obsequio dignissimus. Recolatq; quòd quamvis bona sit illa sua vitas, eam tamen nobis à DEO largiti, non ut illa fruamur, sed ut ea utamur; ut tamquam instrumento aptissimo adjuvi, facilius vitia in nobis mortificemus, & calique vanitates deleamus, ac firmiores stabilioresque maneamus in obsequio & cultu DEI.

Duodecimò demum, Audiat à Daciano Abbate piissimo in Speculo Monachorum dicitur inter fideles & infideles DEI servos, & animo intento revolvat, an ipse inter fideles, seu potius inter infideles sit annumeratus. Audi fratres, nequile si dulcedine interna repletus, & supra te ipsum elevatus usque ad tertium caelum evolaveris, ibique cum Angelis miscueris colloquium, rem tam grandem non facies, sicut si gravamen & exitium cordis pro DEO tuo affectuose sustinueris, ipsique salvatori conformatus fueris, qui in extrema tristitia, radio, pavore, & angustia potius dixit Patri: Fiat voluntas tua. Qui etiam transiit in manibus ac pedibus in cruce pendens, non habuit ubi caput suum reclinaret: qui demique omnes amarissima sua passionis dolores & contumelias amorosissime pro te sustinuit. Igitur in sancta longanimitate contine te ipsum, & expecta in silentio, donec placuerit Altissimo aliter disponere. Et profectò in illa die non requiretur à te quantum dulcedinis interna hic persenseris, sed quam fidelis in DEI tui servitio & amore fueris.

Ex his qui servi DEI nominantur, multi infideliter, pauci fideliter omnino servant. Infideles servi, quantum devotionem sensibilem & gratiam lacrymarum habent, alacriter DEO servant, libenter orant, lætantes quodlibet pro operibus instunt, & alta quadam cordis pace habitare videntur; sed mox ubi subtraxerit DEVS devotionem illam, videas illos perturbari, indignari, amarulentos impatientesq; fieri, & iam nec orationi, nec aliis sanctis exercitiis velle intendere. Et quia internas consolationes pro voto non sentiunt, ad externas spirituales, contrarias sese perniciosè convertunt. Unde liquet, eos non purè DEVM, sed DEI dona impure requirere, eisque ad suam oblectationem abuti: nam si DEVM purè diligerent, & in donis ejus virtuosè non requiescerent, ipsi sublati pacati in DEO remaneret, & ne tunc quidem ad illicitas consolationes diverterent. Ergo infideles sunt, quia in adversitatibus fide DEO non servant, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt; semper prospera volunt, contraria non sustinent: si DEVS concedit læta, quae semper volunt, DEO servant; si negat, ab eo discedunt. Imò verò, nec in læta quidem DEO, sed sibi servant, ubique suam magis quam DEI voluntatem fieri cupiunt.

Servorum Dei duplex genus;

Alii fideles, alii infideles sunt.

Servorum infidelium descriptio.

In dulcedine & consolatione interna potius quam in mortificatione vitiorum perfecta, sanctitatem constituunt, ignorant quia per subtractionem devotionis longe certius elucescit, an quis vere DEUM amet, quam per ipsius devotionis infusionem: sensibilibus enim illa devotio, sapi naturalis verius quam spiritalis affectus est. Et qualis qualis sit, nisi quae ea prudenter usus fuerit, ad occultam quamdam superbiam, & vitiosam complacentiam, vanamque securitatem, suum sepe possessorem perducere consuevit; quemadmodum videre est in ipsis servis infidelibus: nam dum dulcedine intus perfundantur, statim alios diiudicare & despicere incipiunt, se sanctos iam DEIque secretarios existimant, revelationes coelestes miris modis expetunt & expectant, sed & miracula aliqua aut per se aut de se demonstrari desiderant, quibus ceteri cognoscere possint sanctitatem quam se habere putant, & non habent. Hoc pacto in suis cogitationibus evanescere solent, qui gratia sensibili magis quam gratia largitori inhiant.

Præposita sanctia

Servorum fidelium descriptio

Vera sanctitas

Quæ vera sit devotio?

Servi fideles

Ceterum fideles servi longè aliter se habent: neque enim se, sed DEUM querunt; non suam consolationem, sed DEI beneplacitum & honorem præcipue spectant, proprietatem ubique fugiunt: sive DEVS ipsis infundere, sive non infundere voluerit influxum interna suavitatis, tamen sunt, & in æqualitate mentis permanentes, DEVM diligere atque laudare non cessant. Non obnubilatio interior, non sensuum difficultas, non affectuum frigus, non cordis ariditas, non animi dejectio, non spiritus dormitatio, non tentationum angustia, non denique quarumlibet adversitatum miseria, neque prosperitatum successus, eos de loco suo deicere possunt. Quamvis enim vel ex contrariis tristitia mortificata presserant, vel ex prosperis delectationis sensuali impetum in inferioribus anima viribus aliquando forte sentiant, non tamen deiciuntur; quia in superioris mentis ratione quieti perseverant student, & divina voluntati seu permissioni suam voluntatem conformant, dolentque quod vel modicum iniecentis motus contradictionem in se sentiant.

Fundati ergo super firmam petram, stabiles in charitate DEI persistant, quorum utique summum solatium est, divinum beneplacitum. Semper devoti sunt: quia dum summo studio vitant atque abominantur quaecumque DEO displicent, cordisque puritatem vel tenent sine contuminate nolunt; dumque DEO se in omnibus rerum eventibus committunt, mentem mundam, liberam, quietamque semper possident. Ista enim verissima, DEOque gratissima devotio est. Illa altera sensibilibus devotio, quæ incipientibus vel recentibus conversis familiarior est, non ita perdurat, neque tantam utilitatem habet certitudinem. Est tamen & ipsa nobis multum utilis, si ea prudenter utamur. Servi fideles (sic enim eos adhuc appello, quos IESVS non servos, sed amicos nominat) servi inquam fideles exquirunt quidem etiam ipsi efficacem illam sapidissimamque gratia suavitatem, exquirunt latitiam salutarem Domini, exquirunt vultum eius amabilem & complexum suavissimum: sed spiritali verecundoque desiderio, non autem sensuali aviditate, neque puerili levitate, aut turbata impatientia id faciunt. Dona DEI expetunt, non ut ipsis sensuatur delectentur, sed ut per ea ferventiores atque ab omni inordinatione puriores effecti, coelesti sponso magis placeant. Amant DEI dona, gratiasque sedulo pro eis agunt, & tamen ab ipsis se veluti otiosos & liberos conservant, dum in eis non quiescunt. Per gratiam ulterius ad gratia datorem & summum bonum progrediuntur, in quo solo quiescere

licet. Felices omnino sunt: quia quando minus deo adherent, tanto magis dona percipiunt. Quamvis autem benedictionibus à DEO dorentur, non tamen erigunt animum, non despicunt alios, sed se despicunt, & omni gratia spiritali indigni agnoscunt.

CAPVT XXI.

Quaratione gerere se debeant incipientes tempore derelictionum & tentationum.

INFIDELIS DEI servi, de quibus in fine præcedentis capituli aliqua adnotavimus, quando divinæ gratiæ influxu destituntur, frigoreque interno, duritia cordis, obnubilatione sensuum, distractione mentis, & aliis similibus tentationibus & miseris affliguntur, statim pia exercitia deserunt, ac impatientes adversus DEUM murmurant, ac molestiam & afflictionem quam sentiunt effugere querunt, ac ad sensum oblectamentum, carnis molitiam, corporis quietem, ac solatium in creaturis magno animarum suarum periculo sectantur. Alii pusillanimes in derelictione inveniuntur, estimantes se teneros & delicatos, & ideo quidquid solatii & commoditatis suo corpori quiverint exhibere, totum sibi necessarium suspiciunt.

Sunt deinde alii, qui in eterna dulcedine subtracta, tam fastidiosi sibiipsis & graves existunt, ut etiam valde onerosi sint his cum quibus conversantur, nemo potest ipsis cum pace loqui vel respondere, ambulare, stare, aut aliud quidquam facere; imò pro qualibet re, etiam parva, adeo conturbantur, quasi infernali quodam stimulo urgerentur, adhuc non pauci inveniuntur, qui tempore desolationis in magnam incidunt instabilitatem, impellunturque; crebro ad varia vitæ instituta assumenda, & nunc unum vivendi modum, nunc alium sequuntur: quia cum non querant DEUM propter seipsum solum, sed potius in suis exercitiis latenter propriam commoditatem, gustum, & suavitatem insectentur; natura tunc occulte potius seipsam sub specie boni, hoc est, sensibilem & experimentalem devotionem, quam DEUM ipsum ejusque gloriam & crucem querit. Petunt hi diversa consilia, & Confessores adeunt, nunc istud, nunc illud, sed sicut impetiosi & importuni sunt in querendis consiliis, sic etiam in curiosis in exquendis: quia apud eos quod consulant, suas culpas volunt excusare, defendere, & laudare; ac cum vana consilia acceperint, nullum omnino sequuntur, quia videntur sibi in causa propria ceteris prudentiores. Fideles vero servi, voluntati & ordinationi divinæ se totos committunt ac resignant, tribulationem omnem æquanimitè tolerant, atque ad peragenda ea, quæ fructuosa sunt & Domino suo placent, seipsum compellunt.

Caret igitur primò, tempore desolationis solita exercitia non deserere, tempus inutiliter non expendere, sed alicui externo operi pro temporis opportunitate convenienter insistat, oret tunc humiliter, & Domino libenter suis impens cum labore serviat, atque ad eum si non suaviter, saltem ut potest, cum amaritudine aspiret: nã bona quæ durante huiusmodi calamitate facit, licet ipsi insipida sint, si tamen faciat quod in se est, DEO optime sapiunt, & ei gratissima sunt. Errant enim quamplurimum, qui tunc solum sua opera atque

Alie infidelium servorum conditiones

Fidelium servorum conditio

Quid tempore ariditatis agendum

IN T...

Opus Spiritus Sancti

que exercitia DEO placere putant, quando ipsi sensibilibus DEO visitantur: cum potius desolationis tempore sint ei acceptissima. Dicat ergo DEO: Domine, etiam si omnibus diebus vita mea, & usque ad extremum iudicii diem absque aliqua consolatione, te ita ordanante, permanere deberem, per gratiam tuam paratissimus sum ad gravia quaeque pro tui amore perseveranda.

Secundò, Peritane huiusmodi tempestate, durum erit spirituali Aeternae officio divino assistere, propter nimiam mentis instabilitatem seu obnubilationem; verum tamen longanimis esto, & placida mente fac quod in te est; transibit nox, discedent tenebrae, lux iterum exortietur. Quamdiu autem desolatio durat, cave ne otiosus & negligens inveniatur; si non liber orare, psallere, vel meditari, insistas lectioni. Quòd si ad lectionem nauscat animus, scribat, aut in aliquo alio externo opere ad tempus vitili et occupetur, vanarum cogitationum strepitus sedulo interim rejiciens.

Tertio, Quando se derelictum senserit, praecipue ad considerandos proprios defectus descendere debet, & ad virtutes veras imitandas: ea enim ponissimum de causa gratia divina subtrahitur, ut homo seipsum, suam vilitatem ac nihilum penitissimè agnoscat. Quae ut melius praestare possit, magno opere meditatio vitae ac passionis Christi, ejulque virtutum consideratio iuvabit; si ve enim sapiat, si ve non sapiat, Christi vita praec oculis est semper habenda: est enim utilissima & fructuosissima, praecipue desolatis, cum ipse rerum omnium Dominus ac creator in maximo crucis agone constitutus, ita fuit à Patre aeterno derelictus, ut cum clamore valido clamaverit: Pater mihi, ut quid dereliquisti me?

Pro recuperanda verò amissa gratia, plura scriptimus in libro de Contemplatione. Videndus de ea Richardus de Eruditione hominis interioris, c. 2. & praecipue 19. & alia quae in Via illuminativa differuimus.

Haec sunt quae juvant pro directione tempore desolationis. Pro consolatione verò, qua magno opere indigent hi, qui tribulatio & afflictio sunt corde, ex multis quae in libello de Consolatione pusillanimi scripti, ac ex Patribus collegi pusillimus vir Ludovicus Blossius, nos tantum ea, quae ad nostrum conferunt propositum, proferemus.

EX HENRICO SUSONE
sanctissimo viro.

Nullum opus bonum ob afflictione est omnitemdum.

PLERIQUE, quando sacratoria sunt tempora, & ipsi se libentius ad DEVM converterent, tanto magis ipsorum afflictio augetur, ita ut nec unquamquam Orationem Dominicam, nec Anglicam Salutationem absque diabolicis susurris explere libere possint. Unde & ipsi in quamdam velut desperationem labentes, orationem à se abiciunt, & hoc pacto sibi ipsi loquuntur: Quid putas ista oratio tibi prodest tot foribus conspurcata? Sed in hoc nimium errant. & suo adversario penitus obsequuntur, cuius hoc praecipuum studium est, ut eos ab exercitiis spiritualibus repellat. Nesciunt certe, quòd oratio ipsorum cum omnibus immisionibus illis, de quibus dolent, optimè sapit & verè accepta est ante conspectum divinae maiestatis: sepe namque (ut D. Gregorius ait) mens humana adeo perturbatur, ut seipsam eruere nesciat, in praesenti dolore & angustia constituta: sed ipsa pro eadem ante DEI oculos adversitas devotissima intrerpellat; ipsaque passionis amaritudinem, à Iesu Oper, Tom. II.

tudo in oculis illius resplendens, citius eum ipsi, quam alia exercitia inclinat, & velocius adesse compellit. Unde nec ullum omnino bonum opus negligendum est, nec orationes, & templi frequentatio (qua maligno spiritui singulariter adversatur, & molestia est non minimè) unquam intermittenda. Quod ex in homini de orationis puritate minuitur, hoc ei ex afflictionis molestia accedit, & satis grata est huiusmodi oratio oculi DEI.

Idem Auctor §. 36.

CONSIDERARE libet, quàm suaviter & amorosè Aeterna Sapientia cuncta disponat, dum, quòd plurimum sibi nocere plerique angustis tentationibusque gravissimis praesertim arbitrantur, ipsa ad summam eorum utilitatem insidit. Magnam siquidem Purgatorii partem illa afflictio tollit, & eam patientibus impendit prodest, atque ingens praemium adducit. Quamvis enim ipsi multorum se criminum reos arburentur, sed coram DEO veri magnique martyres sunt, cum nulli dubium sit, longe acerbiorum huiusmodi perpetuam afflictionem, dolorem infligere, quàm unius carnificis ictus exceptus. Denique passionem hanc magna esse dilectionis indicium praesagiumque, tam scripturarum testimonio, quàm ipsa veritate probatur; quippe quàm & copiosa gratia, & multorum secretorum revelatio subsequuntur. Debent igitur praesati homines eam non solum patienter, sed & libenter sustinere, certi quòd brevis haec amaritudo, & momentaneum tribulationis huius, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operetur in eis.

Demum plenius idem quoque Auctor in Dialogo Sapientie aeternae & Ministri, quantum afflictiones conferant ad vitae sanctitatem, ita scribit, dicens.

§. 42.

SAPIENTIA AETERNA. Non rectè sapiunt illi, qui nunquam gravatè, & cum querimonia quantilibet afflictionem ferunt: omnino enim paterna castigatio & virga mea ex maximo amore proficiscitur, & verè suavis ac benigna est; ut non immerito felix ille censendus sit, à quo illam nunquam retraxero. Afflictio, inquam, non ex aliqua duntaxat aut asperitate mea; sed ex amore tenerissimo ac benignissimo trahit originem. Et hoc de qualibet cruce, vel tribulatione dictum volo, si ve ea ultro suscepta sit, si ve nolenti aliunde acciderit, ubi plerumque necessitas mutat in virtutem, qua tamen crucis qui eam patitur, nolit (me inviro) esse absolutus, quamque amicabilem ac humiliter cum patientiam mei aeternam referat laudem. Quae sane crux, quando majori cum amore & promptiori voluntate conjuncta est, tanto etiam preclarior nobisque acceptior est. Itaque de huiusmodi afflictionibus me paulò latius dicentem ausculta, & quae dixerò, ipsis cordibus tui visceribus inscribe, sintque velut signum quoddam spiritualibus animo tuo oculis propositum. Id pro certo retineas, ita me commemorari in anima mundi, cen in quodam Paradiso voluptatis. Eam ob rem ferre non possem, ut cum amore aut delectatione ulli rei incumbat vel adherescat; est namque ex ipsa natura in noxias propensa voluptates. Itaque sepio viam illius spinis, atque omnes semitas ejus (vel licet nolit) adversitate obstruo, ne ex manibus meis elabatur. Cuncta ejus itinera afflictionibus con-

Assidues mistic conferunt ad vitae sanctitatem, si quis sese, in illis orationem Deo permitta.

Y 3

spargo, ne qua alia in re cordis sui oblectationem, præterquam in me, constituat. Crede mihi, si corda omnia in unum redigerentur, non possent in hac vita minimum ferre premium quod redditurus sum in illo ævo sempiterno, etiam pro minima quaque cruce, quam quispiam ex amore passus fuerit mea causa.

Sua cuique crux omnium gravissima videtur.

MINISTER. Fortassis negari non possit, Domine, afflictiones longè saluberrimas esse, si tamen non sint nimia, nec plus satis immanes ac iniustate. Atqui Domine DEVS, qui solus nostro culta omnia, quique cuncta in numero, pondere, & mensura condidisti, tu ipse perspectum habes, cruce meas modum omnem prætergredi, & vires meas excedere. Nescio profecto si quis alius toto hoc terrarum orbe diutius perpetuè affligatur. Et qui tandem per peti potero? Quod si vulgaribus me molestis affligeres, Domine, ferremas utique, at verò peregrinas hæc atque insolitas cruce animam & mentem meam adeo occultè transfigentes, ubique uni funditus cognitas, tolerare qui possum necdum video.

SAPIENTIA. Morbidus quisque & agrè affectus putat morbum suum esse omnium gravissimum, & sitibundus neminem se misericordem arbitrat. Ita ergo si te alius afflixisset modis, tu quoque sentires idem quod modò sentis. Itaque virili animo permitte ac resigna respicere voluntati meæ in qualibet re adversa quam te volo per peti, idque facias absque ulla exceptione huius aut illius molestia. Nosti me semper id solam velle, quod sit maxime ex te tua, multo etiam studiosius quam tu ipse velis. Neque te latet, æternam me esse Sapiëntiam, quæ sola perfectissime noverim quid tibi sit conducibile. Iam vero propria experientia discas, cruce à me irrogatas, si quis illis vitæ uti norit, propius attingere, penitus penetrare, & celerius in Deum urgere ac propellere, quam quasvis altas proprio arbitrio suscepas. Quid igitur adhuc queritaris? Quin ita potius dicis: Fac mecum, Pater benigne, quidquid unquam tibi visum erit. **MINISTER.** Facile id quidem dictum est, mi Domine, sed præsens afflictio toleratu difficilis est ob nimium dolorem suam.

Cui crux defuit esse crux.

SAPIENTIA. Si non doleret crux, non posset nomen tuum suum. Sicut cruce nihil est molestius, ita nihil jucundius atque optatius quam crucem pertulisse. Crux & afflictio brevis quidem dolor est, sed prolixum gaudium. Crux illi perquam dolet, cui crux molesta est & iniusta: ei verò, qui illam fert æquanimiter, hoc præstat crux, ut ipsum minime crux excruciet. Certè, si tanta jugiter abundares spirituali suavitate, divinaque consolatione & oblectatione, ut præ celesti illi rore perpetuè collique sceres, sex his omnibus per se consideratis, non tantum tibi accresceret meriti, neque pro his tanta tibi à me referenda esset gratia, neque perinde me tibi obligarent ac quasi debitorem efficerent, ut crux una vel afflictio cum amore tolerata, aut tui derelictio in mentis ariditate, in qua me ex amore sustineas. Et citius quidem vel decem everti possent ac excidere in magna voluptate, & jucunda suavitate cordis, quam vel unus subruatur continua laborans adversitate & perpeffione. Si Astronomorum omnium prædictus esses scientia, si tam copiosè & eleganter posses de DEO dicere ac eloqui quam cuncta hominum lingua, non tibi tantùm ista conferrent ad vitæ pietatem ac sanctitatem, quam si in quibuslibet afflictionibus tuis DEO te permitteres & resignares: illa namque bonis melius communiata sunt; hoc verò non nisi electorum est. O si quis iusto posset pendere ac ponderare iudicio, tempus & æternitatem, mallet ille profecto vel centum annis in ardenti jacere camino, quam vel minima levissima afflictionis acerere mercede, in

calis æternò percipienda: illud namque finem tandem habet, istud nullo clauditur termino.

MINISTER. Ea quæ commemoras, benigne Iesu, tanquam cithara sunt suavisima homini afflictio, Certè, Domine, si mihi tam dulcibus modularetis vocibus dum cruce aliqua premor, equidem lubens paterer, malletque crucem per peti, quam eam carere.

SAPIENTIA. Age nunc, ardeat percipe auribus. Afflictio quidem mundo huic despectus est, at apud me immensam dignitatem obtinet. Afflictio itam extinguit meam, gratiam meam conciliat & amicitiam, hominemque mihi gratum efficit & amabilem, ut pace mihi conformem. Afflictio bonum est occultum, quod nemo compensare queat, adeo, ut etiam si quis centum annis crucem amabilem flexis genibus à me preceper, nec sic tamen illam emereri possit.

Afflictio hominem ex terrestri caelestem efficit. Afflictio turpissimum atque compendiosissimum iter est. Crede mihi, si quis probè cognitum haberet, quantum sit crucis utilitas, haud dubie eum dominum præstantissimum ex DEI manibus eam susciperet. O quam iusti erant iam æterna perditioni addicti, & sanctorum dormierant sempiternum, quos tamen afflictio restitavit & excitavit ad meliorem vitam!

Afflictio à gravi servat ruina, præstat hominum sese cognoscere, intra seipsum se continere, subique consistet, ac proximis fidem ac commodum: conservat animam in humilitate, docetque patientiam, tuetur castimoniam, æterna beatitudine adfert coronam.

Afflictio peccata auferit sarcinam, minuit penas Purgatorii, pellit tentationes, profligat vitia, spiritum renovat, veram confert fiduciam, mundam conscientiam, atque animum stabilem & excelsum. Sicut resarum eximii flores suavisvernantia Mani rore tinguntur, ita animam afflictio vegetat & secundat. Ipsa animum sapientiam imbuunt, redduntque hominem exercitatum. Qui afflictiones & tentationes non est expertus, quid queso ille novit?

Afflictio virga est amoris plena, & paterna castigatio electorum meorum. Afflictio hominem, veluti noluit, trahit urgetque ad DEVM. Patientia in adversis, est hostia viva, & odor suavissimus præcellens balsami in conspectu divina maiestatis meæ, totam celestis exercitium frequentiam ingenti admiratione afficit. Neque verò unquam quisquam, quantumvis strenuus iugil vel eques publicus cum alio congressus, adeo in se hominum oculos animosque convertit, ut in am beatotum hominum carus hominem afflictiones vite perferentem aspiciat. In adversis retinere patientiam præstabilius est, quam eximios ad vitam revocare, aut alia perpetrare miracula. Afflictio via est ardua, quæ ad ipsas usque cæli portas fortiter pertingit. Ipsa hominem ad Martyrum evehit contubernium, ipsa laudem palmamque refert ex cunctis hostibus, ipsa animum roseo purpureoque vestit indumento, ipsa coronas vel ferta necit roseas, & sceptrum conficit ex palmis virtutibus: ipsa est velut gemma pretiosissima in manibus ad virginis pectus appenso. Atque, ut paucis te expediam, homines afflictos mundus hic miseris appellat, sed ego felices dico, utpote quos ipse mihi elegit.

MINISTER. Pulchrè nimirum ex his apparet æternam te esse Sapiëntiam, qui veritatem ipsam tam perspicue in medium proferre queas, ut nullus ulli reliquum sit ambigendi vel hesitandi locus. Nihil iam admirat ions habet, si is afflictiones possit per peti, cui tu eas tantopere efficit commendatas. Certè, Domine, tuis planè melioribus sermonibus id fateor apud me egissi, ut mihi deinceps crux omnis & molestia longe futuræ sit tolerabilior, jucundiorque. Domine Deus, Pater indulgentissimè, laudes gratæque medullitè tibi ago pro afflictio-

Adio pro
perpetuis
adversis.

EX JOANNE THAUERO.

Pressura est, fideliterque retinendum, quod in ho-
mine DEUM pure intendente sepe gravis quedam
pressura & angustia oboritur, quae oppressus vide-
tur sibi DEUM non pure intendisse, & ita om-
nium laborum suorum fecisse, facturam, omnemque per-
didisse operam. Hinc iam pacem pectoris amittit, ani-
mumque marorem & perturbationem incurrit. Haec au-
tem pressura nonnumquam ex gravi aere naturali, seu
indispositione, vel complexionis malitia, nonnumquam
ex influenza caeli, vel aëris inaequalitate, nonnum-
quam verò ex maligni spiritus operatone, qui per hu-
jusmodi gravissimas immisiones suas hominem istum
perturbare molitur, accidere solet. Sed haec suaviter
declinanda sunt cum benigna tranquillaque mansue-
tudine, ita enim facilius vincuntur. Unde non satis ve-
lè faciunt quidam, qui pressuram hanc violentè &
impetuose à se excutere, eandemque perennare vol-
unt, destruentes ac debilitantes per hoc capita sua,
quique nimis inordinatè Doctores & DEI amicos pro
consilio & auxilio accedunt, eripere se inde & evade-
re cupientes: unde saepius magis implicantur, cum ne-
mo facile inde eos extrahere & expellere queat.

Eadem quomodo declinanda?

Afflicto quid agendum?

na mansuetudine subrecto divinæ voluntati ac bene-
placiti, certus quid hoc vel centuplo gratius sit, magis
que placeat DEO, quam si magna sensibili devotione
afflueret, & multas virtutes DEO quoadiefferet,
intrinseque florere & vivere omnia, & ipse divini
lumine irradiaretur. In pressura namque non ita fa-
cile quis seipsum & sua querere vel retinere potest,
sicut in consolationis ac sensibilibus dulcedinis devotio-
nisque affluentia. In hac namque sapè senatura ad-
misceat, & dum anima in ea immo dice delictatur, ma-
culam contrahit.

Devotio
& dulce
do sensibi-
lis pe-
culosa.

Ex eodem THAUERO.

Plerique aliqua molestia gravati, ita mihi dicere
consueverunt: Pater, male mecum agitur, diversis
enim afflictionibus multoque marore perturbor. Et ego
rectè cum eis agi pronuntio. Tam illi, Non, aium, Do-
mine, sed mea culpa id actum. Ad quod rursus ego: Si-
vetua culpa id actum sit, sive non, crede ipsam affli-
ctionis crucem à Deo tibi impostam, eidemque gravis
agens sustine, & resigna te ipsum. Rursum illi: Sed ma-
gna intus ariditas obscuritas, & que cont. abesco. Quibus
ego, Feras, aio, dilectè fili patienter, & melius tecum
agetur, quam si in magna multaque, sensibili devotione
versareris.

Brevi &
absoluta
consola-
tio.

Idem THAUERUS.

In gravissima illa pressura & tenebrosa desolatione
hominis constituto, pressura omnes miserie, calamita-
tes, quas jam pridem evicerat & superarat, iterum
in eo consurgunt, denudè impugnant, totoque impetu
navem illius magna cum tempestate concurrunt, &
fluctibus suis impetunt exagitantque. Sed, obsecro, qui-
cumque hac sentis, nolite more deieci, modo navicula
tua probe anchora fixa sit, venti es & fluctus obesse non
poterunt. Ad mentem tibi veniat quod Job ait: Post te-
nebras specio lucem. Tantum ergo tecum maneat,
non foras evagetur: ad finem usque tentamenta &
pressuram hanc sustine, nec aliud aliquid queras quo
hanc evadas molestiam, sicut faciunt plerique, qui
dam hanc internam paupertatem & pressuram sen-
tiunt, semper aliquid inquirunt, quo eam effu-
gere possint, quod profectò officit
plurimum.

Secum
manen-
dum.

